BIBLIOTECA VITT. EMANUELE
13
25 B
10

M

13-21.a.69

TRACTATVS

DE ORDINE, IVRISDICTIONE, ET RESIDENTIA EPISCOPORVM,

F. ANTONII PAGANI VENETI,
ORDINIS MIN. OBSER.

In quo quidem tractatu agitur primò de Epiſcopatus, & aliorum eccleſiaſticorum graduum diſtinctione, varietate, iure, inſtitutione, dignitate, poteſtate, & iuriſdictione:

Præterea de neceſſaria Prælatorum præſentia, ac paſtorali cura:

Atque tandem eorum omnium, quæ circa hanc materiam in ſacro vniuerſali Tridentino Concilio iam decreta ſunt, plena diſcuſsio continetur.

Præpoſita eſt etiam eiuſdem authoris oratio, ipſius ſacroſancti Concilij Patribus, pro Eccleſiæ reformatione, addicta.

Cum duplici indice: altero ſectionum, altero materiarum.

CVM PRIVILEGIO.



Venetijs, apud Bologninum Zalterium.
M D LXX.

ILLVSTRISS.^MO^ AC REVEREN.^MO^

D. D. CAROLO BORRHOMAEO, S. R. E. CARDINALI DIGNISS. ac totius ordinis minorum Protectori meritiſs. ſuoq́ue Domino Colendiſsimo,

F. ANTONIVS PAGANVS VENETVS eiuſdem ord. obſer. profeſſor. S. D.

NON me latet, Illuſtriſſime, ac Reuerendisſime Præſul, complures de Ordinis ſacramento, deq́, Epiſcoporum ordine, iuriſdictione, ac reſidentia diſerte, & copioſe diſſeruiſſe: & quamuis de me altiora non promittam, quàm quæ multi admodum periti, & ſapientes uiri, quos noſtrum hoc ſæculum, ac præcipuè ſacroſanctum Tridentinum Concilium ſuperioribus annis celebratum habuit, zelo Dei, & ſacra eruditione pollentes, præſtare poſſent, ſi uellent; quia

 tamen,

tamen, cum ea tempeſtate ex ſuperiorum iuſſu Tridenti adeſſem, ibiq; mihi, etſi Franciſcanæ familiæ minimo, occaſio data eßet, ut circa res, quæ in ipſo œcumenico Concilio eo temporis curriculo tractabantur, euigilanti cura inſudarem: idcirco quæ tunc diuturna lucubratione, & labore ex ſacrarum literarum ſtudijs adeptus fueram, quæq; exercitationis gratia mihi duntaxat elaborata putaram, ea plerìq; tum doctrina, tum iudicio præclari ſacri Concilij Theologi non debere abſcondi, ſed, aliorum uſibus conſulendo, in publicum prodire decreuerunt. Quibus tãdem, ut fas erat, morem gerens, atque ea, quæ in ipſa ſancta Synodo, circa materiam hanc, poſtmodum deciſa ſunt, ſuis locis interſerens, dum tractatum iſtum aliorum utilitati exhibiturus eſſem, qui, in paruis eorum modicæ ſuppellectilis uaſibus è fontium riuulis aquam haurire minimè dedignantur: cumq;, ut moris eſt ijs, qui ſtudiorum ſuorum emolumenta adituri, curatores in rerum ſuarum, uelut animi hæreditatum, tutelam, ſibi proprios eligunt,

gunt,

gunt, ut eorum patrocinio iucundius, hila-
riusq́; eorum labores, & uigilias in medium
proferre audeant; ipſe quoque mecum animo
iamdiu uolutarem, cui tuendos hos fructus,
hosq́; labores aſſignare et inſcribere deberem:
tu ſolus mihi occurriſti, ornatiſſime; cuius
eximia doctrina, prudentia, modeſtia, conti-
nentia, pietas, charitas, feruor ſpiritus, con-
ſtantia, religionis zelus, cura diſciplinæ, per-
fectionis exemplum, alijq́; uirtuoſi, atque
integerrimi animi actus tales inter morta-
les extitere; ac etiam tum pro hæreſum, & ui
tiorum extirpatione, tum uerò pro chriſtianæ
fidei fauore, morumq́; reformatione, tam ad
tuæ particularis, quàm ad uniuerſalis Eccle-
ſiæ emolumentum, ædificationem, & decorem,
ita profecere, teq́; apud Deum, & homines (di
uina fauente gratia) uſque adeo in ſublime
emeritæ gloriæ euexere; ut ſane ſub cuius ue-
xillo opus hoc exhiberem, aptiorem te nemi-
nem inuenirem. Neque uerò ignoro me diffi-
cilem prouinciam ſuſcepiſſe, cum ob rei diffi-
cultatem, tum etiam ob quorundam carna-

lium,

lium, & ſannionum ingenium, qui terrena ſapiunt, & tantummodo quæ ſua ſunt diligunt, laudant, & quærunt; quiq́; nihil uel audire, uel legere uolunt, etiam ſi ad pietatem maximè pertineat, niſi id aures blandis, & adulatorijs ſermonibus permulceat; uel etiam ſolo libri titulo perfunctoriè tranſacto, & authorem, & doctrinam pariter execrari ſolent: ſed illud ſolum humanitatis iure poſtulamus, deprecamurq́; ne priuſquàm hæc noſtra perlegerint, & omni depoſita affectus proprietate perpenderint, damnent; ſed iudicium ſuſpendant, mentemq́; recto fine dirigant: pro comperto enim habemus, quòd re ipſa æquè diſcuſſa, aut non detractabunt, aut ſi forte damnarint, non nos, ſed apoſtolicam Eccleſiam, ipſiusq́; ſponſum Chriſtum ſe damnaſſe reperient. Cæterum, præter hos, cenſorem non renuimus; imò & ſacroſanctæ Romanæ Eccleſiæ, cui & ſenſus, & uerba meritò ſubmittimus; & cuiuſuis ſanioris iudicij cenſuram diligimus & optamus. Tuis igitur auſpicijs, Illuſtriſſime, & præſtantiſſime Antiſtes, quicquid pro mea tenuitate,

Deo

Deo dante, ex meis lucubrationibus tradere ualeo, id totum tibi hilari, ac libenti animo, uelut meæ in te debitæ obſeruantiæ, & deuotionis pignus, offero, atque ſapientiſſimo tuo examini dijudicanda relinquo. Bene fauſteq́; S.R.E. ſolide cardo, et ornamentum; regularis diſciplinæ ſpeculum; & præſidium; & decus Franciſcanæ huius Religionis perenne, uale. Datæ Venetijs, ex cœnobio diui Iob, IIII. no. Octob. M D L X I X.

Series eorum, quæ in hoc opere continentur.

ORatio pro Eccleſiæ reformatione. fa. 1.

De duplici, hoc eſt, interno, & externo ſacerdotio, & regno. Sectio I. fa. 47.

De graduum diſtinctione, & uarietate in eccleſiaſtico ordine. II. fa. 66.

De eccleſiaſticorum graduum iure, & inſtitutione. III. fa. 79.

De Epiſcopatus, & ſacerdotii differentia iure diuino introducta: & de uerborum Ignatii, & Hieronymi intelligẽtia ſuper huiuſcemodi re. IIII. fa. 98.

Qualiter Epiſcopatus ordo, uel dignitas in eccleſia ſit. V. fa. 120.

De pontificali, atque epiſcopali poteſtate. VI. fa. 140.

De ſummi Pontificis primatu: deque tam ipſius, quàm Epiſcoporum iuriſdictione. VII. fa. 177.

De Prælatorum paſtorali debita, ac multiplici in ſubditos cura. VIII. fa. 202.

De neceſſaria Prælatorum, ſiue Paſtorum omnium reſidentia. IX. fa. 229.

Parænesis, cum totius operis peroratione. X. fa. 252.

RERVM IN HOC VOLVMINE maximè inſignium Index alphabeticus.

A

ABSENTIAE ſpatium Prælatis limitatum. fa. 231
Abſentia Prælatorum damna multa cauſare ſolet. 232
Abſentiæ Prælatorum cauſæ à quibus approbandæ ſint. 234. cum ſequenti.
Abſoluere, et ligare in foro pœnitentiali, tam ad ſacerdotalis ordinis, quàm ad iuriſdictionis poteſtatem pertinet. 175
Aerius, & Vuitclepb, quia Epiſcopatum aſſequi non potuere, ideo illius dignitatem ſpreuere. 48
Aerij, & Vuitclepb errores circa graduum eccleſiaſticorum uarietatem, & poteſtatem denegatam damnantur. 75
Alieni filij, qui ſint, ex pſalmi authoritate. 23
Angelorũ ruinas per hominũ electorũ numerũ Deus ſupplere decreuit. 23
Angelorum cuſtodijs ſingulæ prouinciæ deputatæ ſunt. 35
Apoſtolos, & alios Dei ſeruos quid tam potentes, & mirabiles inter morales effecit. 3
Apoſtoli prius Cardinales, quàm Epiſcopi fuere. 77
Apoſtoli ſuper ſingula regna, & prouincias deputati fuere. 151
Apoſtolis omnibus quomodo æqualis poteſtas data eſſe: Petrus uero Principatum tenuiſſe dicatur. 185
Archiepiſcoporum dignitas à dignitate Epiſcoporum differens ex ſola apoſtolica traditione eſt. 80
Auguſtinus Epiſcopus ſicut Valerio non ſucceſſerat, ſed acceſſerat; ita ipſe ſibi ſucceſſorem prouidit. 200
Aurora dicta eſt Eccleſia de minori lumine ad maius, & de minus perfecto ad maius perfectum procedens. 115
Authoritas prædicandi qualiter data fuerit. 147
Authoritatis Prælatorum ſumma in quibus conſiſtat. 166. cum ſeq.

B

BAPTISMVS ſacerdotium laicorum dicitur. 52
Bona temporalia Eccleſiæ tam iuſtè, quàm neceſſariè poſſidet. 4
Bona ſua Prælati tripliciter diſpenſare debent. 219
Bona Prælatorum quomodo pauperibus ſint obligata. 220
Boni cum malis in militanti Eccleſia ſemper reperti ſunt. 38
Boni Paſtoris eſt tondere pecus, non deglubere. Vbi de paſtorum debita cura agitur. 222. cum ſeq.

C

CANES non ualentes latrare ſunt Prælati ſubditos ſuos non docentes, nec corripientes. 215
Capita ſunt prius ſananda, ut cætera membra releuentur. 224
Caput quare Epiſcopus dicatur. 212
Cardinales diaconos ſeptem Sylueſter Papa Romæ primus inſtituit. Vnde & Cardinalatus nomen proceſſit. 75. & 78
Cardinalium inſtitutio. Quæ non ordo, ſed dignitas eſt. 75
Cardinalium inſtitutionis, & denominationis ratio. 76
Cardinalium ſtatus duplex eſt. Et eorum officium quale ſit. 76. cum ſeq.
Cardinales prius quàm Epiſcopi, Apoſtoli fuerunt; dum ſcilicet in uita Chriſti ei aſſiſtebant. 77. & 246
Cardinales quo tempore magis honorabiles effecti ſint; & quare purpurati. 77
Cardinalium dignitas qualis ſit. 78
Cardinalatus, & Epiſcopatus diuerſa ratio, & conſideratio etiam circa commendas. 246
Charitas Chriſti ita perfecta eſt, & fuit, ut etiam pro uno tantum homine redimendo id feciſſet, quod pro toto mundo fecit. 236
Caſus aliquos ſpeciales quare Prælatus ſibi reſeruare poſſit. 182
Caſus pœnitus occulti non reſeruantur; quia Eccleſia de ijs non iudicat, dummodo ſcilicet omnino occulti ſint, & ſoli Deo noti. 195
Cauſa tollenda eſt, ad hoc ut remoueatur effectus. 19
Chorepiſcopi Epiſcoporum adiutores, in primitiua Eccleſia præsbyteri erant. 110
Chorepiſcopi quare iam introducti fuerint. 248
Chriſtus murus dicitur in ſcripturis. 36
Chriſtus quomodo Rex, & Sacerdos dicatur. 174
Chriſtianus populus cur grauius cæteris nationibus, & infidelium ſectis à Domino caſtigetur. 18
Chriſticolæ omnes quomodo ſacerdotes, & reges dicantur. 52. 56
Chriſtiani primi Antiochiæ, ad ſchiſmata tollenda, nominati ſunt. 78. 113
Ciuitati attribui ſolet, quod principales, & optimates agunt. 55
Ciuitatis Dei triplex cuſtodia. 264
Claues datas eſſe à Chriſto Eccleſiæ, iuxta Auguſtinum, quomodo intelligatur. 55
Clauis Epiſcopalis, ſiue Sacerdotalis authoritatis quomodo claudat, uel aperiat. 167
Clauis eadem duplex dicitur; hoc eſt, ſcientiæ, & poteſtatis. 167. cum ſeq.

Coactiua

Coactiua poteſtas qualiter fuerit à Chriſto Prælatis tradita. 154.cum ſeq. 158. 162. cum ſeq.
Coactiuæ, & non coactiuæ poteſtatis figura per duos gladios Petri deſignata. 159
Commendæ; & commendatarij Cardinales, uel alij quo iure, & qua obligatione ad ſuarum Eccleſiarum reſidentiam obligentur. 238.cum ſeq.
Commendæ perpetuæ loco titularis beneficij haberi debent. 241
Commendæ qua ratione introductæ fuerint. 242
Commendari debent eccleſiæ curatæ uni ſacerdoti, pro eccleſiæ neceſſitate, uel euidenti utilitate, & non aliter. 243
Commendæ quanto tempore ex iuris diſpoſitione durare poſſint. 243
Commendæ, ultra ſtatutum à iure tempus, nec debent, nec poſſunt iterum commendari. 244
Commendæ ſine cura quales ſint; & ad quæ commendatarij earum teneantur. 245
Commendæ malè adminiſtratæ; & inde ſcandalum conſequens. 246
Concionatores primitiuæ Eccleſiæ quales fuerint. 2
Confirmationis, & ordinationis ſacramentum non niſi ab Epiſcopis confertur. 100
Confirmatio eſt Sacramentum characterem à Baptiſmo ſeparatum in anima imprimens. 138
Conſecrationis Epiſcopalis, & ſacerdotalis figura. 93
Conſecrandi, & communicandi actio imperatiuis uerbis Apoſtolis à Domino commiſſa fuit. 144
Conuertente ſe populo à uijs ſuis malis, etiam Deus iram, & flagella ab eo auertit. Vbi ſcripturarum exempla adducuntur. 26.29
Conuertitur Deus ad extraneum populum, cum à ſuo paruipenditur, & mandata ſua deſpiciuntur. Vbi multa exempla. 21.22.24.cum ſeq.
Cor contritum, & Deo conuerſum nunquam Deus deſpicit. 28
Correctio fructuoſa qualis ſit. 5
Corrigere nos à uitijs debemus, ut hæretici à ſuis erroribus corripiantur. 27
Crimen grauius grauiora exigit flagella. 9
Cura animarum malè adminiſtrata eſt cauſa flagelli Dei in chriſtiano populo. 17
Cura animarum à Chriſto multipliciter commendata. 203.cum ſeq.
Cura Prælatorum in ſubditos qualis eſſe debeat. 211.222
Cuſtodijs Angelorum ſingulæ prouinciæ deputantur. 35

D

DEPOSITVS, uel ſuſpenſus Epiſcopus, ſiue præsbyter, ſi reſtituatur in priſtinum, cur iterum ordinari non debeat. 193

Diabolus cur Prælatos acrius impugnet. 6

Diaconos ſeptem Cardinales Syluester Papa Romæ primus inſtituit. 75

Diaconorum gradus, & inſtitutio ponitur. Ver. Gradus.

Diſpenſare non poteſt Papa circa eſſentialem Epiſcoporum, uel præsbyterorum poteſtatem, & debitum regiminis ordinem à Chriſto traditum; niſi ut diuini, ſeu naturalis iuris æquitas poſtulat, & prout diuinum ius ſibi in Eccleſiæ ædificationem interpretari licet. 191

Diſpenſatores etiam temporalium bonorum eſſe debent Prælati. 218. cum ſequen.

E

ECCLESIAE oppugnatio, conturbatio, & contemptus unde eueniat. 1. 7. cum ſeq.

Eccleſiæ primitiuæ fortitudo, & decor unde fuerit. 1

Eccleſia bona temporalia tam iuſtè, quàm neceſſariè poſſidet. 4

Eccleſiæ defenſio contra illius oppugnatores qualis eſſe debeat. 4

Eccleſiæ huius tempeſtatis morum deformitas, & abuſus uitiorum in omnibus perſonarum conditionibus deſcribuntur. 7

Eccleſia Chriſtiana quomodo in angulo occidentis coarctatur. 14

Eccleſiam ſuam Deus obedientibus filijs ditabit, cum à contumacibus deſpicietur. 21.22.24. cum ſeq.

Eccleſia uniuerſalis, & quæuis particularis à beatis omnibus iuuantur, & proteguntur. 32

Eccleſia à Chriſto, & ab Angelis omnibus cuſtodita eſt. 35.36

Eccleſia ex eo fortis dicitur, quòd munita, cuſtodita, unita, & ordinata ſit. Vnde in ſeipſa etiam pacifica eſt. 36. cum. ſeq.

Eccleſia ad meliorem profectum ſuorum fidelium perturbatur. 39

Eccleſiæ figura in liberatione, & proceſſu populi Iudæorum ex Aegypto diffusè deſcribitur. 94. cum ſeq.

Eccleſiæ res, & regimen, primis temporibus, non erant cum tanto apparatu, & ſolemnitate, ut poſtmodum factum eſt. 109

Eccleſiæ competit omnis cauſa ad puniendum peccatum. 143

Eccleſia, ſicut ſinagoga, ſacerdotibus, & doctoribus carere non debet. 145

Eccleſia columna, & firmamentum ueritatis eſt; & idcirco nunquam errare poteſt. 146
Eccleſiis ſuis Prælati quomodo in eorum abſentia prouidere debeant. 236. *cum ſeq.*
Eccleſiæ tam uniuerſali, quàm unicuique particulari proprij Paſtoris cura iure diuino debetur. 238
Eccleſia ſine proprio ſponſo diu permanere fas non eſt: nec diuortium patitur, quia ſterilis eſſe non debet. 241
Eccleſiæ propriæ uelle per alium ſatisfacere nefandiſſimum eſt. 241
Eccleſiaſtici gradus triplex conſideratio. 86
Eccleſiaſtici gradus in legi ueteri figurati fuere. 92
Eccleſiaſtica bona qualiter pauperibus obligata ſint. 220
Electio Prælatorum non ad Magiſtratus, uel ad populum pertinet. 196. *cum ſeq.*
Electioni propoſitæ antiquitus populus conſenſum præbebat, uel eligendum poſtulabat, & ſuum deſiderium demonſtrabat; non autem ipſe propriè eligebat. 199
Electionum ab aliquibus populis factarum maxima confuſio introducta fuit. 200
Electus in ſummum Pontificem, ſi Epiſcopus non ſit, conſecratur. 121
Epiſcopi in locum Apoſtolorum, ſicut præsbyteri in locum diſcipulorum Chriſti ſuccedunt. 80
Epiſcopi in paruis ciuitatibus, uel caſtris præfici non debent; ſed præsbyteri. 80
Epiſcoporum gradus in Primates, Archiepiſcopos, uel Patriarchas, mera Apoſtolorum, & non Chriſti traditio eſt. 80
Epiſcopi nomine, inſtitutione, ordinatione, officio, iuriſdictione & poteſtate à præsbyteris diſtinguuntur. 81. 98. *cum ſeq.*
Epiſcopos Chriſtus ad cælos aſcendens cum benedictione inſtituit. 81.
Epiſcopus Hieroſolymitanus Iacobus Apoſtolus primus ex Apoſtolis, cum ordinationis Epiſcopalis forma, confirmatus, ſiue declaratus Epiſcopus fuit, ut cæteris ordinandi forma daretur. 82. 84. 87. 88. *cum ſeq.*
Epiſcopus Hoſtienſis ex priuilegio Papam ordinare ſolet. 85.
Epiſcopus cum unctionis ritu in capite ordinatur. 87
Epiſcopus ſolus qua ratione ſacerdotes ordinare, & chriſmate fideles confirmare poteſt. 90. *cum ſeq.*
Epiſcopi, reſpectu ſibi inferiorum, Pontifices, uel ſummi Sacerdotes dici poſſunt. 95.
Epiſcopus ſummus ſacerdos, ſicut Papa ſummus Epiſcopus, dici poteſt. 97

Epiſcopos

Epiſcopos in locum Apoſtolorum, & præsbyteros in locum LXXII. *diſcipulorum ſuccedere, Papam uerò in locum Petri, quo debeat intelligi.* 101
Epiſcopi, & præsbyteri nomen antiquitus quandoque confundi ſolebat. 103
Epiſcopus qua ratione etiam præsbyter dicatur & è conuerſo. 107. *cum ſeq.* & 117.
Epiſcopi nomen, & etymologia. 114
Epiſcopo excommunicato, uel degradato Papa ordinandi poteſtatem auferre non poteſt; ſecus autem excommunicandi ſiue abſoluendi authoritatem. Vnde Epiſcopalis ordinis officiis ade facto perficit. 122. 139
Epiſcopi ordinatio per ſaltum facta, neque de iure, neque de facto tenet; præsbyteri uero de facto tenet. 123
Epiſcopi præciſus actus eſt, homines ordinare, & ſacros reddere. 124
Epiſcopi conſecratio per tres Epiſcopos fit; ſicut præsbyteri per unum tantummodo perficitur. 128
Epiſcopi poteſtas, ſiue ordo ſuper myſtico Eccleſiæ corpore ſupra præsbyteros habita indelebilis eſt. 130
Epiſcopi ordinatio, propter unctionis defectum, non reiteratur, ſed ad id quod defuit ſuppletur. 132
Epiſcopis atq; aliis Præl. clauis ordinis; & clauis iuriſdictionis cōgruit. 143
Epiſcopus peculiarem poteſtatem habet in anima à Chriſto collatam, quæ, neque in primo, neque in ſecundo actu, præsbytero communis eſt. 139
Epiſco. titularius (hoc eſt, ſine ſubditis) Epiſcopali dignitati dedecori ē 154
Epiſcopi nomē et in ueteri teſtamēto exprimitur, et à Petro cōfirmatur. 170
Epiſcopus quo reſpectu ſacerdote ſuperior dicatur. 173
Epiſcopi actus qua ratione ſuperſacerdotales dicantur. 173
Epiſcopi ſummi Pont. coadiutores, ſicut ipſe ſum. Pont. à Chriſto immediatè ſunt conſtituti; & ut non mercenarij, ſed Paſtores eſſent. 177. *cū ſeq.*
Epiſcopi in partem ſolicitudinis; Papa uero, in plenitudinem poteſtatis à Chriſto electi ſunt. 186
Epiſcopatus ordo quo ad illud, quod iterari, non poſſit, Baptiſmo æquiparatur. 71
Epiſcopatus ordo, ſiue gradus qua ratione à ſacerdotio extenſiuè diſtinguatur. 78. 89. 90. *cum ſeq.* & 118
Epiſcopalis ordinationis forma ab Apoſtolis data fuit: ſed inſtitutio ipſa tam Epiſcoporum, quàm præsbyterorum à Chriſto immediatè iam fuerat tradita. 82. 83. 84. *cum ſeq.*
Epiſcopalis ſiue eccleſiaſtica poteſtas, non à temporalibus Principibus, ſed à Chriſto data fuit. 91
Epiſcopalis, & ſacerdotalis conſecrationis, ſiue unctionis figura. 93. 96

Epiſcopalis ordo,& dignitas ex diuino iure proceſſere. 119
Epiſcopalis gradus ſacerdotalem ordinem includens illũ ſupereminet. 121
Epiſcopatus an ſit ordo,tam Canoniſtarum à Theologis; quàm Theologorum inter ſeipſos diuerſæ opiniones. 121.cum ſeq.
Epiſcopatus eſt ordo,ſecundum quòd ordo eſt officium,reſpectu quarundam ſacrarum actionum, quas Epiſcopus ſupra ſacerdotem habet, tam in actionibus hierarchicis reſpectu myſtici corporis Chriſti:quàm in ordinandis ijs,qui uerum Chriſti corpus conſecrant. 126.& 128
Epiſcopatus eſt eminentia ſacramentalis charactери ordinis cohærens, & animæ indelebiliter collata,atque impreſſa. 126.cum ſeq.
Epiſcopatus non ſolum eminens dignitas, ſed ordo etiam meritò dicitur. 129.130.cum ſeq.mul.& 137.cum ſeq.
Epiſcopali excellentia quis idoneus non eſt,qui à uoluptate uxoria ſe nec dũ frenaſſe detegitur. 130
Epiſcopalis ordo,ſicut & alij ſacri ordines,iterari non poteſt. 131
Epiſcopatus omnes ordines in ſe amplectitur. 138
Epiſcopatum deſiderare antiquitus aliud non erat, quàm uelle martyrem fieri. 199
Epiſcopatus gradus,quantò altior eſt, tantò grauior caſus ſequitur, ſi per negligentiam dilabatur. 254
Equus pallidus eſt Lutheri,& ſequacium illius hypocriſis. 32
Excõicatio pro contumaciæ peccato infligitur;et non tantum contra diuinã legem,ſed etiam contra iuſtum ſuperioris præceptum commiſſo. 161
Excomunicationis pœnam canones Apoſtolorum contra ſuos præuaricatores minantur. 161
Exemplo bonæ uitæ Prælati ſubditos ſuos hortari debent. 225
Expedit nobis,ut ego uadam.Quomodo intelligatur. 247

F

FABIANVS *Papa ſeptem ſubdiaconos Romæ inſtituit, qui ſeptem notarijs pro geſtis martyrum colligendis imminerent.* 75
Filij alieni ſunt hæretici. 23
Filiorum eccleſiæ,& ſinagogæ Sathanæ differentia opera ſunt. 40
Filiorum ſanctæ Matris Eccleſiæ ad Chriſtum efficax oratio. 41.cum ſeq.
Flagella Dei propter peccata eueniunt. 7
Flagella grauiora grauioribus delictis debentur. 9
Flagella Chriſtiani populi narrantur. 11
Flagelli hæreſum præciſa cauſa eſt chriſtiani populi ingratitudo. 15
Flagelli eiuſdẽ alia cã ẽ,notoria ipſius chriſtiani populi peccata ĩpunita. 16
Flagelli eiuſdẽ alia ẽt cã eſſe dicitur animarũ cura malè adminiſtrata. 17

Flagella

Flagella grauiora ijs debentur, qui maiora dona percipientes, & illis abutentes ingrati ſunt. 18
Flagellat ſæpe Deus quos diligit ad meliorem illorum profectum. 18
Flagelli cauſa tollenda eſt, ut effectus quoque remoueatur. 19
Flagella Dei à nobis amouere quomodo facilius poſſimus. 29
Flagellat Deus bonos cum malis: qua de re & malis quandoque propter bonos parcit. 31

G

GLADIORVM *duorum Petri figuratiua, & notabilis expoſitio.* 159
Graduum eccleſiaſticorum confuſio, & inconſtantia inter hæreticos. 58
Gradus eccleſiaſtici, extra catholicam Eccleſiam ordinati, de uoluntate Dei non fiunt. 59
Graduum eccleſiaſticorum ordo tam in ueteri, quàm in noua lege ſeruatus eſt. 59
Graduum diſtinctio, & uarietas in eccleſiaſtico ordine diuinitus fuit determinata. Vbi etiam Pauli Apoſtoli uerba exponuntur. 66.cum ſeq.
Graduum eccleſiaſticorum diſtinctionis ratio à diuo Gregorio adducta. 72
Graduum eccleſiaſticorum diuerſitas, & diuiſa poteſtas. 73.cum ſeq.
Gradus ſuperior eo magis honoratur, quo inferior gradus in honore conſeruatur. 94
Graduum eccleſiaſticorum tam inferiorum, quàm ſuperiorum dignitas, & figura. 107
Gradus uarios, & inæquales in regali (ſpirituali tamen) poteſtate quomodo eſſe oporteat. 178
Gradus omnes cur ad unum ſolum, & ſummum reſpiciunt. 179

H

HAERESES, *& perſecutiones cur Eccleſiam perturbent.* 7
Hæreſis quare omni flagello, & aduerſitate grauior ſit. 10
Hæretici, ut corrigantur à ſuis erroribus, nos à noſtris uitijs emendare debemus. 27
Hæreticorum obſtinatorum iuſtum exterminium deſideratur. 30.& 42
Hæreticorum argumenta contra ſacros ordines; & ijs contraria doctrina catholica; atque erroneorum illorum ſenſuum reſolutio. 49.50.cum ſeq.
Hæretici apoſtatas noſtros gloria uana obligant, quos ueritate obligare nõ poſſunt. 58
Hæretici etiam tyrannico furore concitantur. 63
Hæretici præſumunt ſoli ſcripturam exponere; & alios ſpernunt. 145
Hieronymi ſemper ſubiecta ſanctis patribus, atque humilis doctrina. 105
Hoſtienſis Epiſcopus priuilegio gaudet, ut Papam ordinet. 85

Hypocriſis

Hypocriſis deſcriptio, & malæ conditiones. 39. cum ſeq.

I

IACOBVS *Apoſtolus Epiſcopus primus ad cæteris formam Epiſcopalis ordinationis inſinuandam Hieroſolymis ordinatur, ſiue ordinatus declaratur.* 82

Iacobus maior princeps Hiſpaniæ; cuius corpus maxima ueneratione colitur. 151

Ieiunij ritus ante ordinum collationẽ ſeruãdus unde initiũ ſumpſerit. 82. 87

Ingratitudo chriſtiani populi eſt præciſa cauſa flagelli peſtiferæ hæreſis. 15.

Iram Dei placare quomodo debeamus. 29

Iudices à Paulo Apoſtolo, & ab Eccleſiæ primitiuæ ſenioribus conſtituti fuere. 156

Iudices, & arbitri quomodo Epiſcopi, & præsbyteri ex eorum iuriſdictione dicantur. 194

Iudex delegatus alium ſubdelegare minime poteſt, niſi de tali expreſſo mandato conſtet. 248

Iudiciales, atque ſacerdotales Prælatorum actus. 172

Iuriſdictio omnis à Chriſto Papæ immediate tradita eſt, Vnde omnis iuriſdictionis fons in ipſo ſummo Pontifice continetur. 122

Iuriſdictio regalis, ſiue temporalis ſacerdotibus in ueteri, & in nouo teſtamento collata. 147

Iuriſdictio duplex quomodo Petro principaliter, & ſecundò alijs Prælatis à Chriſto immediate tradita fuerit. 147. cum ſeq.

Iuriſdictio Apoſtolorum ſuper ſingula regna, ſiue prouincias. 151

Iuriſdictio Apoſtolis etiam à Spiritu ſancto per manuum impoſitionem collata fuit, ut cæteris ordinandi forma daretur. 152

Iuriſdictionis eſſentialis poteſtas à Chriſto Apoſtolis, & eorum ſucceſſoribus immediate tradita fuit. 153

Iuriſdictionis poteſtas, & titulus regiminis ſuper ſubditum ſibi gregem Epiſcopis in ſuis ordinationibus traditur. 153

Iuriſdictio coactiua quomodo Prælatis à Chriſto tradita fuerit. 154. cum ſeq.

Iuriſdictio tam temporalis, quàm ſpiritualis, Petro in plenitudine, & cæteris Apoſtolis in parte ſolicitudinis à Chriſto data fuit. 158. 162. cum ſeq.

Iuriſdictionis coactiuæ, & non coactiuæ poteſtas per duos gladios Petri denotatur. 159

Iuriſdictionis duplicis intelligentia traditur. 167. 189. cum ſeq.

Iuriſdictio diuerſimodè diuerſis perſonis à Chriſto data fuit. 168

Iuriſdictio in Eccleſia quid ſit. 181. cum ſeq.
Iuriſdictio in Eccleſia an cauſa diſſenſionis tollendæ introducta fuerit. 183
Iuriſdictio eſſentialis à Chriſto Apoſtolis in partẽ regiminis data eſt, uſualis uero in uniuerſos ſoli Petro conceſſa fuit. 188
Iuriſdictio extrinſeca ſiue uſualis quid operetur. Quæ à Chriſto Epiſcopis, & præſbyteris mediatè; ſicut eſſentialis immediatè traditur. 189. 191. cum ſeq. & 196.
Iuriſdictio multipliciter amitti poteſt. 194
Ius diuinum Papa quomodo interpretari ſoleat, & poſſit. 239

L

LABOR *meritorius eſt, licet effectum ſuum non conſequatur.* 262
Laudes impiorum deſpiciendæ, & eorum odia deſideranda. 163
Legati à latere unde, & qua ratione dicantur. 78
Leges, & canones à Prælatis iure conduntur; atque ſubditorum conſcientias obligant. 160 162. cum ſeq.
Ligare Prælatum indignos; & dignos ſoluere quomodo intelligatur. 167
Linguis igneis cur Spiritus ſanctus ſuper diſcipulos Chriſti inſedit. 214
Lutheranorum & aliorum hæreticorum atrocitas Barbarorum ſæuitiam ſuperat. 13
Lutheranorum uera deſcriptio à Taddæo facta. 63

M

MALIS *propter bonos ſæpe Deus parcit; ſicut bonos cum malis quandoque corporaliter affligit.* 31
Mali cum bonis; & è contra, ſemper reperti ſunt. 38
Malum minus permittitur, ut maius euitetur. 135
Manuum impoſitione, tam in ueteri teſtamento figuratiuè, quàm in nouo uerè, & perfectè gratia Spiritus ſancti conferebatur. 87. cum ſeq.
Manuum impoſitio in ordine ſacro eſt certum ſignum ordinationis in ordinato, qua donum Dei ad Eccleſiæ edificationem recipit. 228
Manuum impoſitio peculiare munus apoſtolicum fuit, non aliorum diſcipulorum. 129. 134. cum ſeq.
Medicus eſſe debet Prælatus. 255
Mercenarij, in Eccleſiis curatis maximè præfici non debent. 237
Mercenarios Chriſtus deſpicit, & reijcit. 250. & 260
Mercenariorum cura negligenter acta, & ſcandala multa. 261
Meſſis in Eccleſia multa eſt; meſſores uero pauci, & comeſtores plurimi inueniuntur. 221
Miniſteria uaria à Deo in Eccleſia ordinata ſunt. 58
Miniſtris, & medijs uarijs in ſuis operibus Deus regulariter uti uoluit: quam uis

uis ipſe ſolus per ſe omnia poſſit. 60
Miniſteria ſacra ſemper Deus Particularibus hominibus ;& non paſſim omnibus diſtribuit. 62
Miracula, ſiue prophetiæ ſanctum non faciunt ; ſed uirtuoſa uita. 3
Miſſæ ſacrificium Iacobus minor primus Hieroſolymis celebrauit. 151
Murus Chriſtus, & Prælatus dicitur. 36

N

NOMEN, & etymologia Epiſcopi. 114
Nomen, & etymologia præsbyteri. 115
Nomen Epiſcopi, & nomen præsbyteri quando, & qua de cauſa ab Eccleſia diſtincta fuerint. 116
Nomen Cardinalatus unde proceſſerit. 75
Nomen Cardinalatus quando in Eccleſia eſſe cœperit. 78

O

OBEDIENTIAM etiam temporalibus dominis iubet nos Deus exhibere. 63
Obedientia ſubditorum debita erga Prælatos 158.162. cum ſequen.
Obſtinatorum hæreticorum exterminium iuſtè deſideratur. 30. & 42
Officia uaria à Deo in Eccleſia ſunt ordinata. 58
Officiorum eccleſiaſticorum diſtinctio myſticè deſignata, & moraliter expreſſa à Clemente. 68
Oratio bonorum efficax eſt, ita ut etiam pro alijs orantes à Deo exaudiantur. 31
Orant ſancti Dei pro Eccleſiis à ſe fundatis; & pro uniuerſali Eccleſia chriſtiana. 32.34.
Orationes, & litaniæ ad Deum, & ad ſanctos omnes ex Eccleſiæ conſuetudine, & ſanctorum patrum obſeruantia. 34
Orationum Prælatorum uis, & efficacia. 216
Ordo tam in cœleſtium, quàm in terreſtrium natura, ad eorum eſſentiam, perfectionem, & conſeruationem requiritur. 45
Ordinem, & authoritatem diabolus, & hæretici ſemper perſecuti ſunt; & deſtruere conati ſunt. Et præcipuè Aerius; Vuitcleph; & Lutherus. 47.48
Ordo eccleſiaſticus à plebe promiſcua diuina inſtitutione, non humana determinatione diſtinctus eſt. 73
Ordo eccleſiaſticus diuerſos gradus, & poteſtatem uarie diſtinctam, tam ſuper uerum, quàm ſuper myſticum Chriſti corpus à Deo habet. 73
Ordinem præsbyterorum per 72. diſcipulorum electionem; & Epiſcopalem ordinem per 12. Apoſtolos deſignatum legimus. 84

Ordinis Epiſcopalis eſt ordinatio ſacerdotis, & confirmatio: quos effectus ſi præsbyter attentet, nihil facit. 89. *cum ſeq.*
Ordinem præsbyterii conſerens, in eo ſupereminens præsbyterio poteſtas requiritur: atque duo in ordinante ineſſe oportet. 89.90. *cum ſeq.*
Ordine ſacro idoneus non reputatur, qui nondum ab uxoria uoluptate ſe frenaſſe detegitur. 130
Ordinem eſſe oportet, ut in omnibus tam inſerioribus, quàm ſuperiobus creaturis concordia, & decor ſit; utque diſſenſionis cauſa tollatur. 180.183
Ordo tam Epiſcopalis, quàm præsbyteralis à iure diuino eſt. 196

P

PASTORVM, *ſiue Prælatorum debita cura, & reformatio.* 222 & 224. *cum ſeq.*
Paſtorum nomen cur Prælatis impoſitum fuit. 226
Paſtorum cuſtodia continua qua ratione requiratur. 231
Paſtores, & non mercenarij Eccleſiis præfici debent. 237
Paſtor ſuæ Eccleſiæ, & aſſeſſor Papæ quis eſſe non poteſt, niſi in Eccleſiis Romæ uicinis. 247
Paſtores diligentes & zelantes Chriſtus requiſiuit, ut in Petro oſtendit, dum illi oues, & agnos ſuos commiſit. 250
Patriarcharum, & Primatorum dignitas ab Epiſcopi dignitate diſtincta merè ex apoſtolica traditione prouenit. 80
Pater Prælatus eſſe dicitur. 256
Paulus ubique prædicauit. 151
Pax unde oriatur, & firmetur. 38
Pax perturbationem patitur in eccleſia ad bonorum exercitium, & profectum in uirtutibus. 39
Peccata grauiora duriora flagella requirunt. 9
Peccata notoria, & impunita cauſa ſunt flagelli hæreticæ perfidiæ. 16
Pœnitentiam agente populo, Deus flagella ſua ab eo remouet. 20.29.
Pœnitentem uere nunquàm Deus deſpicit. 28
Permittitur minus malum, ut maius euitetur. 135
Perfectum dicitur illud, quod aliquid producere, & bonitatem ſuam cæteris communicare poteſt. 173
Perſonale mandatum perſonaliter impleri debet. 248.250
Pontifex ſummus in quemlibet fidelium, uel etiam infidelium contra ius naturæ, uel morale, uel diuinum delinquentium claue ſua uti poteſt. 176
Pontificis ſummi à Chriſto inſtitutionis rationes, & fundamenta. 179.180. *cum ſeq.*
Pontifex Romanus cur omnium ſummus dicatur, & ſit. 174

Pontificis Primatus ex Petri primatu argumenta, & rationes. 186. *cũ ſeq.*
Populum ſuum Deus deſpicit cum ab eo deſpicitur; & ad alienum tranſit. 21.22.24. *cum ſeq.*
Populorum facta non ſemper laudanda, ſed potius ferenda ſunt. 198
Populi antiquitus electionibus Prælatorum conſentiebant; uel eligendos poſtulabant: non autem ipſi præciſè eligebant. 199
Poteſtatem temporalem euangelica doctrina approbat. 56.63
Poteſtas tàm temporalis & coactiua, quàm ſpiritualis, Petro in plenitudine, et alijs Apoſtolis in parte regiminis à Chriſto tradita fuit. 158.162. *cum ſeq. &* 169.
Poteſtas diuerſis perſonis diuerſimodè à Chriſto data. 168
Poteſtas ſacerdotalis à ſacerdotibus nunquam auferri poteſt, quin intentione, uerbis, & ſubiecta materia exiſtente, ij de facto ſaltem iuxta eorum poteſtatem operari ualeant. 169
Poteſtas regia ſpiritualis ſuperior, & dignior eſt ſacerdotali. 173. *cũ ſeq.*
Poteſtas clauis & ordinis eſſentialis, uel accidentalis, ſiue uſualis quænam ſit. 176
Poteſtas Apoſtolis æqualis in partem ſolicitudinis à Chriſto data fuit. 185. *cum ſeq.*
Præcepta, & ſtatuta Paulus Apoſtolus tradidit. 161. *cum ſeq.*
Prædicatores quales eſſe debeant. 5
Prædicandi authoritas quomodo tradita fuit. 147
Prædicatio, et bona uita prælatis debita qũo ĩ uet. teſtamẽto figuratur. 214
Prælati omnes cur à diabolo acrius cæteris impugnentur. 6
Prælatorum cura, & exemplum ſubditis neceſſaria metaphoricè manifeſtatur. 45
Prælatis obedientia de iure diuino debetur. 158.162. *cum ſe.* 165. *cum ſeq.*
Prælatorũ authoritas, et ptãs ĩ ſubditos, ĩ quib. præcipuè cõſiſtat. 166. *cũ ſeq.*
Prælati Eccleſiæ Paſtores, Epiſcopi, iudices, principes, & reges dicũtur. 171
Prælatorum uarij actus; hoc eſt, ſacerdotales, iudiciales, ſupraſacerdotales, & communes. 172. *cum ſeq.*
Prælatus proprius ſolus regulariter habet in ſuos ſubditos ſuæ poteſtatis executionem. 182
Prælatus qua ratione aliquos caſus ſibi reſeruare poſſit. 182
Prælatorum electio non ad Magiſtratus, uel ad populum pertinet. 197 *cum ſequentibus.*
Prælatorum debita cura diuino iure illis commiſſa. 202. *cum ſeq.*
Prælati officium triplex. 204
Prælatis ſcientia, & bona uita neceſſaria eſt. 204. *cum multis ſeq.*

D

DEPOSITVS, uel ſuſpenſus Epiſcopus, ſiue præsbyter, ſi reſtituatur in priſtinum, cur iterum ordinari non debeat. 193
Diabolus cur Prælatos acrius impugnet. 6
Diaconos ſeptem Cardinales Syluester Papa Romæ primus inſtituit. 75
Diaconorum gradus, & inſtitutio ponitur. Ver. Gradus.
Diſpenſare non poteſt Papa circa eſſentialem Epiſcoporum, uel præsbyterorum poteſtatem, & debitum regiminis ordinem à Chriſto traditum; niſi ut diuini, ſeu naturalis iuris æquitas poſtulat, & prout diuinum ius ſibi in Eccleſiæ ædificationem interpretari licet. 191
Diſpenſatores etiam temporalium bonorum eſſe debent Prælati. 218. cum ſequen.

E

ECCLESIAE oppugnatio, conturbatio, & contemptus unde eueniat. 1. 7. cum ſeq.
Eccleſiæ primitiuæ fortitudo, & decor unde fuerit. 1
Eccleſia bona temporalia tam iuſtè, quàm neceſſariè poſſidet. 4
Eccleſiæ defenſio contra illius oppugnatores qualis eſſe debeat. 4
Eccleſiæ huius tempeſtatis morum deformitas, & abuſus uitiorum in omnibus perſonarum conditionibus deſcribuntur. 7
Eccleſia Chriſtiana quomodo in angulo occidentis coarctatur. 14
Eccleſiam ſuam Deus obedientibus filijs ditabit, cum à contumacibus deſpicietur. 21.22.24.cum ſeq.
Eccleſia uniuerſalis, & quæuis particularis à beatis omnibus iuuantur, & proteguntur. 32
Eccleſia à Chriſto, & ab Angelis omnibus cuſtodita eſt. 35.36
Eccleſia ex eo fortis dicitur, quòd munita, cuſtodita, unita, & ordinata ſit. Vnde in ſeipſa etiam pacifica eſt. 36.cum.ſeq.
Eccleſia ad meliorem profectum ſuorum fidelium perturbatur. 39
Eccleſiæ figura in liberatione, & proceſſu populi Iudæorum ex Aegypto diffuſè deſcribitur. 94. cum ſeq.
Eccleſiæ res, & regimen, primis temporibus, non erant cum tanto apparatu, & ſolennitate, ut poſtmodum factum eſt. 109
Eccleſiæ competit omnis cauſa ad puniendum peccatum. 143
Eccleſia, ſicut ſinagoga, ſacerdotibus, & doctoribus carere non debet. 145

Eccleſia

Eccleſia columna, & firmamentum ueritatis eſt; & idcirco nunquam errare poteſt. 146
Eccleſiis ſuis Prælati quomodo in eorum abſentia prouidere debeant. 236. *cum ſeq.*
Eccleſiæ tam uniuerſali, quàm unicuique particulari proprij Paſtoris cura iure diuino debetur. 238
Eccleſia ſine proprio ſponſo diu permanere fas non eſt: nec diuortium patitur, quia ſterilis eſſe non debet. 241
Eccleſiæ propriæ uelle per alium ſatisfacere nefandiſſimum eſt. 241
Eccleſiaſtici gradus triplex conſideratio. 86
Eccleſiaſtici gradus in legi ueteri figurati fuere. 92
Eccleſiaſtica bona qualiter pauperibus obligata ſint. 220
Electio Prælatorum non ad Magiſtratus, uel ad populum pertinet. 196. *cum ſeq.*
Electioni propoſitæ antiquitus populus conſenſum præbebat, uel eligendum poſtulabat, & ſuum deſiderium demonſtrabat; non autem ipſe propriè eligebat. 199
Electionum ab aliquibus populis factarum maxima confuſio introducta fuit. 200
Electus in ſummum Pontificem, ſi Epiſcopus non ſit, conſecratur. 121
Epiſcopi in locum Apoſtolorum, ſicut præsbyteri in locum diſcipulorum Chriſti ſuccedunt. 80
Epiſcopi in paruis ciuitatibus, uel caſtris præfici non debent; ſed præsbyteri. 80
Epiſcoporum gradus in Primates, Archiepiſcopos, uel Patriarchas, mera Apoſtolorum, & non Chriſti traditio eſt. 80
Epiſcopi nomine, inſtitutione, ordinatione, officio, iuriſdictione & poteſtate à præsbyteris diſtinguuntur. 81. 98. *cum ſeq.*
Epiſcopos Chriſtus ad cælos aſcendens cum benedictione inſtituit. 81.
Epiſcopus Hieroſolymitanus Iacobus Apoſtolus primus ex Apoſtolis, cum ordinationis Epiſcopalis forma, confirmatus, ſiue declaratus Epiſcopus fuit, ut cæteris ordinandi forma daretur. 82. 84. 87. 88. *cum ſeq.*
Epiſcopus Hoſtienſis ex priuilegio Papam ordinare ſolet. 85.
Epiſcopus cum unctionis ritu in capite ordinatur. 87
Epiſcopus ſolus qua ratione ſacerdotes ordinare, & chriſmate fideles confirmare poteſt. 90. *cum ſeq.*
Epiſcopi, reſpectu ſibi inferiorum, Pontifices, uel ſummi Sacerdotes dici poſſunt. 95.
Epiſcopus ſummus ſacerdos, ſicut Papa ſummus Epiſcopus, dici poteſt. 97

Epiſcopos

Epiſcopos in locum Apoſtolorum,& presbyteros in locum LXXII. *diſcipulorum ſuccedere; Papam uerò in locum Petri, quo debeat intelligi.* 101
Epiſcopi, & presbyteri nomen antiquitus quandoque confundi ſolebat. 103
Epiſcopus qua ratione etiam presbyter dicatur & è conuerſo. 107. *cum ſeq. &* 117.
Epiſcopi nomen, & etymologia. 114
Epiſcopo excommunicato, uel degradato Papa ordinandi poteſtatem auferre non poteſt; ſecus autem excommunicandi ſiue abſoluendi authoritatem. Vnde Epiſcopalis ordinis officiis ade facto perficit. 122. 139
Epiſcopi ordinatio per ſaltum facta, neque de iure, neque de facto tenet; presbyteri uero de facto tenet. 123
Epiſcopi precipuus actus eſt, homines ordinare, & ſacros reddere. 124
Epiſcopi conſecratio per tres Epiſcopos fit; ſicut presbyteri per unum tantummodo perficitur. 128
Epiſcopi poteſtas, ſiue ordo ſuper myſtico Eccleſiæ corpore ſupra presbyteros habita indelebilis eſt. 130
Epiſcopi ordinatio, propter unctionis defectum, non reiteratur, ſed ad id quod defuit ſuppletur. 132
Epiſcopis atq; aliis Præl. clauis ordinis; & clauis iuriſdictionis cõgruit. 143
Epiſcopus peculiarem poteſtatem habet in anima à Chriſto collatam, quæ, neque in primo, neque in ſecundo actu, presbytero communis eſt. 139
Episco. titularius (hoc eſt, ſine ſubditis) Epiſcopali dignitati dedecori ẽ 154
Epiſcopi nomẽ et in ueteri teſtamẽto exprimitur, et à Petro cõfirmatur. 170
Epiſcopus quo reſpectu ſacerdote ſuperior dicatur. 173
Epiſcopi actus qua ratione ſuperſacerdotales dicantur. 173
Epiſcopi ſummi Pont. coadiutores, ſicut ipſe ſum. Pont. à Chriſto immediatè ſunt conſtituti; & ut non mercenarij, ſed Paſtores eſſent. 177. *cũ ſeq.*
Epiſcopi in partem ſolicitudinis; Papa uero, in plenitudinem poteſtatis à Chriſto electi ſunt. 186
Epiſcopatus ordo quo ad illud, quod iterari, non poſſit, Baptiſmo æquiparatur. 71
Epiſcopatus ordo, ſiue gradus qua ratione à ſacerdotio extenſiuè diſtinguatur. 78. 89. 90. *cum ſeq. &* 118
Epiſcopalis ordinationis forma ab Apoſtolis data fuit: ſed inſtitutio ipſa tam Epiſcoporum, quàm presbyterorum à Chriſto immediate iam fuerat tradita. 82. 83. 84. *cum ſeq.*
Epiſcopalis ſiue eccleſiaſtica poteſtas, non à temporalibus Principibus, ſed à Chriſto data fuit. 91
Epiſcopalis, & ſacerdotalis conſecrationis, ſiue unctionis figura. 93. 96

Epi-

Epiſcopalis ordo,& dignitas ex diuino iure proceſſere. 119
Epiſcopalis gradus ſacerdotalem ordinem includens illũ supereminet. 121
Epiſcopatus an ſit ordo,tam Canoniſtarum à Theologis; quàm Theologorum inter ſeipſos diuerſæ opiniones. 121.cum ſeq.
Epiſcopatus eſt ordo,ſecundum quòd ordo eſt officium,reſpectu quarundam ſacrarum actionum, quas Epiſcopus ſupra ſacerdotem habet, tam in actionibus hierarchicis reſpectu myſtici corporis Chriſti:quàm in ordinandis ijs,qui uerum Chriſti corpus conſecrant. 126.& 128
Epiſcopatus eſt eminentia ſacramentalis characteri ordinis cohærens, & animæ indelebiliter collata,atque impreſſa. 126.cum ſeq.
Epiſcopatus non ſolum eminens dignitas, ſed ordo etiam meritò dicitur. 129.130.cum ſeq.mul.& 137.cum ſeq.
Epiſcopali excellentia quis idoneus non eſt,qui à uoluptate uxoria ſe nec dũ frenaſſe detegitur. 130
Epiſcopalis ordo,ſicut & alij ſacri ordines,iterari non poteſt. 131
Epiſcopatus omnes ordines in ſe amplectitur. 138
Epiſcopatum deſiderare antiquitus aliud non erat, quàm uelle martyrem fieri. 199
Epiſcopatus gradus,quantò altior eſt, tantò grauior caſus ſequitur, ſi per negligentiam dilabatur. 254
Equus pallidus eſt Lutheri,& ſequacium illius hypocriſis. 32
Excõicatio pro contumaciæ peccato infligitur;et non tantum contra diuinã legem,ſed etiam contra iuſtum ſuperioris præceptum commiſſo. 161
Excomunicationis pœnam canones Apoſtolorum contra ſuos præuaricatores minantur. 161
Exemplo bonæ uitæ Prælati ſubditos ſuos hortari debent. 225
Expedit uobis,ut ego uadam.Quomodo intelligatur. 247

F

FABIANVS *Papa ſeptem ſubdiaconos Romæ inſtituit, qui ſeptem notarijs pro geſtis martyrum colligendis imminerent.* 75
Filij alieni ſunt hæretici. 23
Filiorum eccleſiæ,& ſinagogæ Sathanæ differentia opera ſunt. 40
Filiorum ſanctæ Matris Eccleſiæ ad Chriſtum efficax oratio. 41.cum ſeq.
Flagella Dei propter peccata eueniunt. 7
Flagella grauiora grauioribus delictis debentur. 9
Flagella Chriſtiani populi narrantur. 11
Flagelli hæreſum præciſa cauſa eſt chriſtiani populi ingratitudo. 15
Flagelli eiuſdẽ alia cã ẽ,notoria ipſius chriſtiani populi peccata ĩpunita. 16
Flagelli eiuſdẽ alia ẽt cã eſſe dicitur animarũ cura male adminiſtrata. 17
Flagella

Flagella grauiora ijs debentur, qui maiora dona percipientes,& illis abutentes ingrati ſunt. 18
Flagellat ſæpe Deus quos diligit ad meliorem illorum profectum. 18
Flagelli cauſa tollenda eſt, ut effectus quoque remoueatur. 19
Flagella Dei à nobis amouere quomodo facilius poſſimus. 29
Flagellat Deus bonos cum malis: qua de re & malis quandoque propter bonos parcit. 31

G

GLADIORVM duorum Petri figuratiua,& notabilis expoſitio. 159
Graduum eccleſiaſticorum confuſio, & inconſtantia inter hæreticos. 58
Gradus eccleſiaſtici,extra catholicam Eccleſiam ordinati,de uoluntate Dei non fiunt. 59
Graduum eccleſiaſticorum ordo tam in ueteri, quàm in noua lege ſeruatus eſt. 59
Graduum diſtinctio,& uarietas in eccleſiaſtico ordine diuinitus fuit determinata. Vbi etiam Pauli Apoſtoli uerba exponuntur. 66.cum ſeq.
Graduum eccleſiaſticorum diſtinctionis ratio à diuo Gregorio adducta. 72
Graduum eccleſiaſticorum diuerſitas, & diuiſa poteſtas. 73.cum ſeq.
Gradus ſuperior eo magis honoratur, quo inferior gradus in honore conſeruatur. 94
Graduum eccleſiaſticorum tam inferiorum, quàm ſuperiorum dignitas, & figura. 107
Gradus uarios, & inæquales in regali (ſpirituali tamen) poteſtate quomodo eſſe oporteat. 178
Gradus omnes cur ad unum ſolum,& ſummum reſpiciunt. 179

H

HAERESES, & perſecutiones cur Eccleſiam perturbent. 7
Hæreſis quare omni flagello,& aduerſitate grauior ſit. 10
Hæretici, ut corrigantur à ſuis erroribus, nos à noſtris uitijs emendare debemus. 27
Hæreticorum obſtinatorum iuſtum exterminium deſideratur. 30.& 42
Hæreticorum argumenta contra ſacros ordines;& ijs contraria doctrina catholica;atque erroneorum illorum ſenſuum reſolutio. 49.50.cum ſeq.
Hæretici apoſtatas noſtros gloria uana obligant,quos ueritate obligare nõ poſſunt. 58
Hæretici etiam tyrannico furore concitantur. 63
Hæretici præſumunt ſoli ſcripturam exponere; & alios ſpernunt. 145
Hieronymi ſemper ſubiecta ſanctis patribus, atque humilis doctrina. 105
Hoſtienſis Epiſcopus priuilegio gaudet,ut Papam ordinet. 85

Hypocriſis deſcriptio,& malæ conditiones. 39.cum ſeq.

I

IACOBVS *Apoſtolus Epiſcopus primus ad cæteris formam Epiſcopalis ordinationis inſinuandam Hieroſolymis ordinatur, ſiue ordinatus declaratur.* 82

Iacobus maior princeps Hiſpaniæ; cuius corpus maxima ueneratione colitur. 151

Ieiunij ritus ante ordinum collationē ſeruãdus unde initiũ ſumpſerit. 82.87

Ingratitudo chriſtiani populi eſt præciſa cauſa flagelli peſtiferæ hæreſis. 15.

Iram Dei placare quomodo debeamus. 29

Iudices à Paulo Apoſtolo, & ab Eccleſiæ primitiuæ ſenioribus conſtituti fuere. 156

Iudices, & arbitri quomodo Epiſcopi, & præsbyteri ex eorum iuriſdictione dicantur. 194

Iudex delegatus alium ſubdelegare minime poteſt, niſi de tali expreſſo mandato conſtet. 248

Iudiciales, atque ſacerdotales Prælatorum actus. 172

Iuriſdictio omnis à Chriſto Papæ immediate tradita eſt. Vnde omnis iuriſdictionis fons in ipſo ſummo Pontifice continetur. 122

Iuriſdictio regalis, ſiue temporalis ſacerdotibus in ueteri, & in nouo teſtamento collata. 147

Iuriſdictio duplex quomodo Petro principaliter, & ſecundò alijs Prælatis à Chriſto immediate tradita fuerit. 147.cum ſeq.

Iuriſdictio Apoſtolorum ſuper ſingula regna, ſiue prouincias. 151

Iuriſdictio Apoſtolis etiam à Spiritu ſancto per manuum impoſitionem collata fuit, ut cæteris ordinandi forma daretur. 152

Iuriſdictionis eſſentialis poteſtas à Chriſto Apoſtolis, & eorum ſucceſſoribus immediate tradita fuit. 153

Iuriſdictionis poteſtas, & titulus regiminis ſuper ſubditum ſibi gregem Epiſcopis in ſuis ordinationibus traditur. 153

Iuriſdictio coactiua quomodo Prælatis à Chriſto tradita fuerit. 154. *cum ſeq.*

Iuriſdictio tam temporalis, quàm ſpiritualis, Petro in plenitudine, & cæteris Apoſtolis in parte ſolicitudinis à Chriſto data fuit. 158. 162. *cum ſeq.*

Iuriſdictionis coactiuæ, & non coactiuæ poteſtas per duos gladios Petri denotatur. 159

Iuriſdictionis duplicis intelligentia traditur. 167.189.*cum ſeq.*

Iuriſdictio diuerſimodè diuerſis perſonis à Chriſto data fuit. 168

Iuriſdictio in Eccleſia quid ſit. 182.cum ſeq.
Iuriſdictio in Eccleſia an cauſa diſſenſionis tollendæ introducta fuerit. 183
Iuriſdictio eſſentialis à Chriſto Apoſtolis in partē regiminis data eſt, uſualis uero in uniuerſos ſoli Petro conceſſa fuit. 188
Iuriſdictio extrinſeca ſiue uſualis quid operetur. Quæ à Chriſto Epiſcopis, & præſbyteris mediatè; ſicut eſſentialis immediatè traditur. 189. 191. cum ſeq. & 196.
Iuriſdictio multipliciter amitti poteſt. 194
Ius diuinum Papa quomodo interpretari ſoleat, & poſſit. 239

L

LABOR meritorius eſt, licet effectum ſuum non conſequatur. 262
Laudes impiorum deſpiciendæ, & eorum odia deſideranda. 163
Legati à latere unde, & qua ratione dicantur. 78
Leges, & canones à Prælatis iure conduntur; atque ſubditorum conſcientias obligant. 160 162.cum ſeq.
Ligare Prælatum indignos; & dignos ſoluere quomodo intelligatur. 167
Linguis igneis cur Spiritus ſanctus ſuper diſcipulos Chriſti inſedit. 214
Lutheranorum & aliorum hæreticorum atrocitas Barbarorum ſæuitiam ſuperat. 13
Lutheranorum uera deſcriptio à Taddæo facta. 63

M

MALIS propter bonos ſæpe Deus parcit; ſicut bonos cum malis quandoque corporaliter affligit. 31
Mali cum bonis; & è contra, ſemper reperti ſunt. 38
Malum minus permittitur, ut maius euitetur. 135
Manuum impoſitione, tam in ueteri teſtamento figuratiuè, quàm in nouo uerè, & perfectè gratia Spiritus ſancti conferebatur. 87.cum ſeq.
Manuum impoſitio in ordine ſacro eſt certum ſignum ordinationis in ordinato, qua donum Dei ad Eccleſiæ ædificationem recipit. 228
Manuum impoſitio peculiare munus apoſtolicum fuit, non aliorum diſcipulorum. 129.134.cum ſeq.
Medicus eſſe debet Prælatus. 255
Mercenarij, in Eccleſiis curatis maximè præfici non debent. 237
Mercenarios Chriſtus deſpicit, & reijcit. 250.& 260
Mercenariorum cura negligenter acta, & ſcandala multa. 261
Meſſis in Eccleſia multa eſt; meſſores uero pauci, & comeſtores plurimi inueniuntur. 221
Miniſteria uaria à Deo in Eccleſia ordinata ſunt. 58
Miniſtris, & medijs uarijs in ſuis operibus Deus regulariter uti uoluit: quamuis

uis ipſe ſolus per ſe omnia poſſit. 60
Miniſteria ſacra ſemper Deus Particularibus hominibus; & non paſſim omnibus diſtribuit. 62
Miracula, ſiue prophetiæ ſanctum non faciunt; ſed uirtuoſa uita. 3
Miſſæ ſacrificium Iacobus minor primus Hieroſolymis celebrauit. 151
Murus Chriſtus, & Prælatus dicitur. 36

N

NOMEN, & etymologia Epiſcopi. 114
Nomen, & etymologia præsbyteri. 115
Nomen Epiſcopi, & nomen præsbyteri quando, & qua de cauſa ab Eccleſia diſtincta fuerint. 116
Nomen Cardinalatus unde proceſſerit. 75
Nomen Cardinalatus quando in Eccleſia eſſe cœperit. 78

O

OBEDIENTIAM *etiam temporalibus dominis iubet nos Deus exhibere.* 63
Obedientia ſubditorum debita erga Prælatos 158.162.*cum ſequen.*
Obſtinatorum hæreticorum exterminium iuſtè deſideratur. 30. & 42
Officia uaria à Deo in Eccleſia ſunt ordinata. 58
Officiorum eccleſiaſticorum diſtinctio myſticè deſignata, & moraliter expreſſa à Clemente. 68
Oratio bonorum efficax eſt, ita ut etiam pro alijs orantes à Deo exaudiantur. 31
Orant ſancti Dei pro Eccleſiis à ſe fundatis; & pro uniuerſali Eccleſia chriſtiana. 32.34.
Orationes, & litaniæ ad Deum, & ad ſanctos omnes ex Eccleſiæ conſuetudine, & ſanctorum patrum obſeruantia. 34
Orationum Prælatorum uis, & efficacia. 216
Ordo tam in cœleſtium, quàm in terreſtrium natura, ad eorum eſſentiam, perfectionem, & conſeruationem requiritur. 45
Ordinem, & authoritatem diabolus, & hæretici ſemper perſecuti ſunt, & deſtruere conati ſunt. Et præcipuè Aerius; Vuitcleph; & Lutherus. 47.48
Ordo eccleſiaſticus à plebe promiſcua diuina inſtitutione, non humana determinatione diſtinctus eſt. 73
Ordo eccleſiaſticus diuerſos gradus, & poteſtatem uarie diſtinctam, tam ſuper uerum, quàm ſuper myſticum Chriſti corpus à Deo habet. 73
Ordinem præsbyterorum per 72. diſcipulorum electionem; & Epiſcopalem ordinem per 12. Apoſtolos deſignatum legimus. 84

Ordinis Epiſcopalis eſt ordinatio ſacerdotis, & confirmatio: quos effectus ſi præsbyter attentet, nihil facit. 89. cum ſeq.
Ordinem præsbyterii conferens, in eo ſupereminens præsbyterio poteſtas requiritur: atque duo in ordinante ineſſe oportet. 89. 90. cum ſeq.
Ordine ſacro idoneus non reputatur, qui nondum ab uxoria uoluptate ſe frenaſſe detegitur. 130
Ordinem eſſe oportet, ut in omnibus tam inferioribus, quàm ſuperiobus creaturis concordia, & decor ſit; utque diſſenſionis cauſa tollatur. 180. 183
Ordo tam Epiſcopalis, quàm præsbyteralis à iure diuino eſt. 196

P

PASTORVM, ſiue Prœlatorum debita cura, & reformatio. 222 & 224. cum ſeq.
Paſtorum nomen cur Prælatis impoſitum fuit. 226
Paſtorum cuſtodia continua qua ratione requiratur. 231
Paſtores, & non mercenarij Eccleſiis præfici debent. 237
Paſtor ſuæ Eccleſiæ, & aſſeſſor Papæ quis eſſe non poteſt, niſi in Eccleſiis Romæ uicinis. 247
Paſtores diligentes & zelantes Chriſtus requiſiuit, ut in Petro oſtendit, dum illi oues, & agnos ſuos commiſit. 250
Patriarcharum, & Primatorum dignitas ab Epiſcopi dignitate diſtincta merè ex apoſtolica traditione prouenit. 80
Pater Prælatus eſſe dicitur. 256
Paulus ubique prædicauit. 151
Pax unde oriatur, & firmetur. 38
Pax perturbationem patitur in eccleſia ad bonorum exercitium, & profectum in uirtutibus. 39
Peccata grauiora duriora flagella requirunt. 9
Peccata notoria, & impunita cauſa ſunt flagelli hæreticæ perfidiæ. 16
Pœnitentiam agente populo, Deus flagella ſua ab eo remouet. 20. 29.
Pœnitentem uere nunquàm Deus deſpicit. 28
Permittitur minus malum, ut maius euitetur. 135
Perfectum dicitur illud, quod aliquid producere, & bonitatem ſuam cæteris communicare poteſt. 173
Perſonale mandatum perſonaliter impleri debet. 248. 250
Pontifex ſummus in quemlibet fidelium, uel etiam infidelium contra ius naturæ, uel morale, uel diuinum delinquentium claue ſua uti poteſt. 176
Pontificis ſummi à Chriſto inſtitutionis rationes, & fundamenta. 179. 180. cum ſeq.
Pontifex Romanus cur omnium ſummus dicatur, & ſit. 174

Pontificis Primatus ex Petri primatu argumenta, & rationes. 186. cũ ſeq.
Populum ſuum Deus deſpicit cum ab eo deſpicitur; & ad alienum tranſit. 21. 22. 24. cum ſeq.
Populorum facta non ſemper laudanda, ſed potius ferenda ſunt. 198
Populi antiquitus electionibus Prælatorum conſentiebant; uel eligendos poſtulabant: non autem ipſi præciſè eligebant. 199
Poteſtatem temporalem euangelica doctrina approbat. 56. 63
Poteſtas tam temporalis & coactiua, quàm ſpiritualis, Petro in plenitudine, et alijs Apoſtolis in parte regiminis à Chriſto tradita fuit. 158. 162. cum ſeq. & 169.
Poteſtas diuerſis perſonis diuerſimodè à Chriſto data. 168
Poteſtas ſacerdotalis à ſacerdotibus nunquam auferri poteſt, quin intentione, uerbis, & ſubiecta materia exiſtente, ij de facto ſaltem iuxta eorum poteſtatem operari ualeant. 169
Poteſtas regia ſpiritualis ſuperior, & dignior eſt ſacerdotali. 173. cũ ſeq.
Poteſtas clauis & ordinis eſſentialis, uel accidentalis, ſiue uſualis quænam ſit. 176
Poteſtas Apoſtolis æqualis in partem ſolicitudinis à Chriſto data fuit. 185. cum ſeq.
Præcepta, & ſtatuta Paulus Apoſtolus tradidit. 161. cum ſeq.
Prædicatores quales eſſe debeant. 5
Prædicandi authoritas quomodo tradita ſuit. 147
Prædicatio, et bona uita prælatis debita quõ ĩ uet. teſtamẽto figuratur. 214
Prælati omnes cur à diabolo acrius cæteris impugnentur. 6
Prælatorum cura, & exemplum ſubditis neceſſaria metaphoricè manifeſtatur. 45
Prælatis obedientia de iure diuino debetur. 158. 162. cum ſe. 165. cum ſeq.
Prælatorũ authoritas, et ptãs ĩ ſubditos, ĩ quib. præcipuè cõſiſtat. 166. cũ ſeq.
Prælati Eccleſiæ Paſtores, Epiſcopi, iudices, principes, & reges dicũtur. 171
Prælatorum uarij actus; hoc eſt, ſacerdotales, iudiciales, ſupraſacerdotales, & communes. 172. cum ſeq.
Prælatus proprius ſolus regulariter habet in ſuos ſubditos ſuæ poteſtatis executionem. 182
Prælatus qua ratione aliquos caſus ſibi reſeruare poſſit. 182
Prælatorum electio non ad Magiſtratus, uel ad populum pertinet. 197 cum ſequentibus.
Prælatorum debita cura diuino iure illis commiſſa. 202. cum ſeq.
Prælati officium triplex. 204
Prælatis ſcientia, & bona uita neceſſaria eſt. 204. cum multis ſeq.

Prælatus alios à uitijs benè curabit, qui eadem in ſe ipſo iam benè depreſſerit. 208
Prælatus tum mederi, tum etiã paſcere, & regere ſubditos debet. 208. 212
Prælatis omnibus Chriſtus paſcendos, & regẽdos greges cõmiſit. 209. cũ ſe.
Prælatorum cura in ſubditos qualis eſſe debeat. 210. cum ſeq.
Prælati ſe aliorũ miniſtros reputare, et ĩ charitate firmare debẽt. 211. et 213
Prælati quomodo proprias oues intus, & foris agnoſcere debeant. 211
Prælati ſuarum Eccleſiarum ſponſi quare dicantur. 211. cum ſeq.
Prælatus quare caput dicatur. 212
Prælatum concionibus ſuis ſubditis per alium factis intereſſe decet. 216
Prælatus ſubditos ſuos oratione paſcere debet. 216
Prælati, & ſacerdotes quomodo peccata populorum comedant. 217
Prælati ſubditos dupliciter ueſtire debent. 217. cum ſeq.
Prælati negligentes, & ſua commoda quærentes monentur; & ad pias eleemoſinas obligantur. 218. cum ſeq. & 258. cum ſeq.
Prælati bona ſua tripliciter diſpenſare debent, quæ pauperibus obligata eſſe dicuntur. 219. cum ſeq.
Prælati dicuntur Paſtores, rectores, Patres, ſponſi, capita, medici, & miniſtri. 226. cum ſeq. & 254. & 265
Prælatorum officium à Chriſto perſonali præcepto commiſſum fuit. 227
prælatorum reſidentia de iure diuino eſſe probatur. Et qualis eſſe debeat. 227. cum ſeq. & 230. cum ſeq.
prælati ſingulis annis quantum abſentiæ tempus limitatum habeant. 231.
prælati reſidentiæ debitæ caſus excepti. 233. cum ſeq.
prælati abſentiæ cauſas quis ſcire uel approbare debeat. 234. cum ſeq.
prælatis ordinarium alicuius reipublicæ officium habere ſiue miniſtrare nõ congruit. 235
prælati ſuis eccleſiis in eorum abſentia quomodo prouidere debeant, ne ſubditorum animæ detrimentum aliquod ſpirituale per talem abſentiam patiantur. 236. cum ſeq.
prælatus, qui onere miniſterij ſui ſubleuatur, etiam honore, & utilitate priuari debet. 240
prælatus propter eccleſiam; non eccleſia propter Prælatũ eſſe dicitur. 243
prælati cum Patres, & ſponſi ſint, ideo eccleſias ſuas deſerere non debent. 262. cum ſeq.
prælati reſidere refugientes, & curam alijs relinquentes, qualiter meretricibus ſimiles ſint. 263
prælatorum cura, & reſidentia in Iacob figurantur. 264
prælati pro ſibi ſubditis exactiſſimam rationem reddituri ſunt. 266

Præsbyteri in locum. 72. diſcipulorum Chriſti ſucceſſere. 80
Præsbyteri, & epiſcopi nomẽ antiquitus confundebatur. 103. 107. cũ ſeq.
Præsbyteri nomen & etymologia. 115
Præsbyter ordines aliquos cõferre nõ põt: neq; ſi tentet, ordinatio tenet. 119
Præsbyteri ordinatio per ſaltum facta de facto tenet. 123
Præsbyterali ordine idoneus non æſtimatur qui ab uxoria uoluptate nondum ſe frenaſſe detegitur. 130
Præsbyteris unctio in fronte à Gregorio permiſſa magis quædam benedictio quàm confirmationis Sacramentum dici potuit. 135
Præsbytero cuilibet, in neceſſitatis articulo diuini iuris rectitudo, ex clauium uirtute, & eſſentiali poteſtate in ordine ſibi tradita quemuis abſoluere poſſe indulget. 182
Præſcribendi contra ius diuinum nulla eſt ratio. 239
Prohibitio contra ius diuinum, uel naturale facta, à quocunque fiat, nihil ualet. 196
Protonotariorum dignitas unde ortum habuerit. 75

R

RATIONES de eccleſiaſtici ordinis inſtitutione, & poteſtate. 72. 73
Ratio inſtitutionis Cardinalium. 76
Regem quemcunque eſſe non decet, tum ob impoſſibilitatem rei, tum uero ob confuſionem, & ambitionem in regendo. 62. & 64
Reges, & Sacerdotes pariter fiebant in lege naturæ, in lege ſcripta, in paganorum conſuetudine, atque in euangelica lege. 141. cum ſeq.
Reges à Sacerdotibus ſemper uncti fuerunt; eò quòd temporalis poteſtas à ſpirituali poteſtate perficitur. 142
Reges diuerſimodè nominantur; & uario modo operari, ſiue regere debent. 171
Regnum internum, & externum quale ſit. 56
Regnum temporale euangelica doctrina confirmat. 56
Regnum, & ſacerdotium duplex etiam ex ueteri lege habetur. 57
Reipublicæ euidens utilitas qualis ſit, propter quam Prælatus aliquis à ſuæ reſidentiæ loco, iuxta Tridentini Concilij doctrinam, abeſſe poſſit. 234
Religio nulla aliquo tempore ſine ſacerdotio fuit. 73
Reſidentia Prælatorum de iure diuino, atque neceſſaria eſſe probatur. 227. cum ſeq. & 232.
Reſidentia Prælatorum quæ, & qualis eſſe debeat. 230
Reſidentia aſſidua minimas interpolationes non excludit. 230
Reſidentiæ Prælatorum debitæ càſus excepti. 233. cum ſeq.
Reſidentiæ iudicium quale, & qua uoluntate fieri debeat. 235

Reſidentia,

Reſidentia, & cura animarum à quocunque Prælato per ſeipſum, non per alium fieri debet; aliter commiſſo ſibi munere is iure priuandus erit. 249

S

SACERDOTII interni, & ſpiritualis intelligentia. 51. & 52
Sacerdotium laicorum Baptiſmus à diuo Hieronymo nominatur. 52
Sacerdotij ſpiritualis, & interni rectus uſus qualis ſit. 53
Sacerdotij ſpiritualis debito miniſterio, & uſu per mortale peccatum priuamur, non autem charactere illius. 53
Sacerdotium hoc internum, & ſpirituale non eſt ordo, nec poteſtas in Eccleſia. 53
Sacerdotij externi intelligentia. Quod ſacerdotium eſt ordo. 54
Sacerdotium externum, neque quo ad eſſentiam, neque quo ad uſum, per quodcunque mortale peccatum debetur. 55
Sacerdotium, & regnum duplex, etiam ex ueteri lege habetur. 57
Sacerdotium ſibi aſſumere nemini unquàm licuit; & in hoc præſumentes à Deo iam aeriter puniti fuere. 57
Sacerdotium non eſt per nouam legem abrogatum, ſed translatum, & cum maiori perfectione conſummatum. 59
Sacerdotium negans, & authoritatem illius ſpernens libertatem carnis amat; & ſeditionem parat. 61
Sacerdotium in quauis religione ſemper fuit. 73
Sacerdotalis dignitas in duos gradus, ſiue ordines à Chriſto diſtincta fuit. 79. cum ſeq.
Sacerdotes ſimul, & reges tam in naturali, quàm in ſcripta, ac in euangelica lege, atq; etiã in gentiliũ conſuetudine aliquos fuiſſe conſtat. 141. cũ ſeq.
Sacerdotes, & Prælati, perfectiori, ac digniori modo, temporalem poteſtatem à Chriſto ſibi traditam peragunt. 142
Sacerdotes, iuxta traditam ſibi ſacerdotalis ordinis poteſtatem, cæteris requiſitis exiſtentibus, ſemper, ſaltem de facto, operari poſſunt. 169
Sacerdotales, atque iudiciales Prælatorum actus. 172
Sacramentũ Ordinis, & Cõfirmationis à ſolo Epiſcopo conferri poſſunt. 100
Sancti orant tum pro uniuerſali Eccleſia, tum etiam pro particularibus à ſe fundatis. 32. 34
Sancti in cœlis orationibus, & fauoribus nos iuuare multò melius poſſunt; quàm cum eſſent in terris. 33. 34
Schiſma ab Eccleſia ablatum fuit, ne in ſectas diuideretur, cum omnes fideles à Chriſto chriſtiani nominati fuere. 112
Scientia, & bona uita Prælatis eſt neceſſaria. 204. cum ſeq.
Scriptores ſæpe faciunt uelut qui uirgam curuam dirigere uolunt. 105

Senior

Senior ab Adam uſque ad Abraam nullus dictus eſt: etſi primæ illius ætatis uiri diuturniori tempore uitam ducerent ſeniorem, quàm poſteri. Quia non ob decrepitam ætatem, uel annorum quantitatem; ſed propter uitæ & ſcientiæ maturitatem ſeniores propriè appellati ſunt. 115
Spiritualia ſine temporalibus hic diu permanere non poſſunt. 141
Sponſi Prælati qua ratione appellati ſint. 226. *cum ſeq.* 237. *cum ſeq.* 255. *cum ſeq.*
Statuta eccleſiaſtica ſubditorum conſcientias ligant. 160
Subdiaconi ſeptem Romæ ad geſta martyrum colligenda à Fabiano Papa inſtituti fuerunt; qui apoſtolicos diaconos repræſentabant. 75

T

TVRCARVM *maxima crudelitas deſcribitur.* 12
Tyrannico furore hæretici concitantur. 63

V

Veſtire debent Prælati ſubditos ſuos dupliciter. 217. *cum ſeq.*
Vitia uirtutibus curantur. 206
Vnctio ſolis Epiſcopis, cum ordinantur, in capite fieri ſolet. 87
Vnctionis tam Epiſcopalis, quàm ſacerdotalis figura. 93
Vnctio in fronte à diuo Gregorio præsbyteris permiſſa, quædam benedictio, magis, quàm conſecratio erat. 135
Vnitas in Eccleſia per gradus ſuperioritatis conſtitutos ſeruatur, & ſchiſmatibus obuiatur. 201
Vſus clauis, non autem ipſa clauis, ab ordinato, excommunicato, depoſito, hæretico, uel ſuſpenſo tollitur, ſiue impeditur. 193. 195
Vulpes Samſonis, quæ colligatas caudas habebant, & capita ab inuicem ſeiuncta, hæreticos denotant. 48

Z

ZELVS *Dei olim erga ſinagogam, & poſtmodum erga Eccleſiam Chriſtianam denotatur.* 17

Errores correcti.

Facies. Linea. Error. correctio. 6.1. *ipſius. ipſi.* 8.19. *quauis. quamuis.* 9.23. *Oſeas. Oſee.* 29.24. *uobis. nobis.* 51.26. *Moſi. Moſis.* 106. 23. *quàm illi. quàm illos. &c.* 71.10. *parentum. parentem.* 138. 27. *extinſeca. extrinſeca.* 150. 22. *in margine.* 2. *cor.* 3. 2. *Cor.* 10.164.9. *de ſuis. ſuis.* 185.1. *authorirate. authoritate.* 195.25. *ſudita. ſubdita.* 227.18. *minus. nimis.* 233.1. *eccleſisijs. eccleſiis.* 237.9. *igncblliori. ignobiliori.* 257 29. *crimna. crimina.*

AD PRAESTANTISSIMOS SACROSANCTI OECVMENICI TRIDENTINI CONCILII PATRES, DIGNISSIMOSQVE CHRISTIANAE REIPVBLICAE SENATORES.

Fr. Antonij Pagani Veneti, mi. obſer. pro Eccleſiæ reformatione,

ORATIO.

LICET (Patres ampliſſimi, ac præſtantiſſimi orbis iudices) nõ parua ſit admiratione dignum, quòd ſancta illa, & myſtica Sion, terra inclyta Iſrael, munita Dei ciuitas, atque prædilecta ſponſa Chriſti eccleſia, quæ iam à ſuo ſponſo ſanguine illius pretioſo fuit redempta, tot muneribus ditata, eiuſdemq; tum præſentia, tum protectione honorata, decorata miraculis, & diuinis delicijs educata; hodie (proh dolor) in tam miſerabili, atque flebili ſtatu appareat, ut eam quaſi à Deo reiectam, repudiatamq;, ac uelut terram deſertam, incultam, & inhabitabilem conſpiciamus; cum inter tot tam hæreticorum, quàm impiorum chriſtianorum turmas undique conturbetur, oppugnetur, & deſpiciatur: attamen, ſi recto mentis oculo intueamur; ſi præterita præſentibus conferantur; ſi primitiuæ illius eccleſiæ obſeruantiæ, dogmata, mores, atque plurima uirtutum exercitia, frequens ſacramen-

torum uſus, charitatis feruor, orationum aſſiduitas, eleemoſinarum, ieiuniorumque, & cæterorum pietatis operum exhibitio ponderentur: & ſi è conuerſo præſentis ipſius eccleſiæ temporis ſtatum, deprauatos hominum mores, uitiorum omnium turpitudinem, ſacramentorum deſpectum, tepiditatem animorum, otium, ſolam curam terrenorum, & cæleſtium bonorum, totiusque chriſtianæ pietatis obliuionem conſideremus; facile quiſquè ipſius abiectionis, depreſsionisque cauſam diiudicabit. Nam illa ſanè fidelis Chriſti ſponſa, quæ ad imitationem capitis, & ſponſi ſui dilectiſſimi, iam in paupertate ditata fuit, modo in diuitiis ægena facta eſt; illa quæ in humilitate exaltata fuit, nunc in mundi honoribus deprimitur; & quæ iam in chriſtiana ſimplicitate proficiebat, modo per carnis prudentiam, & inanem, tumentemque philoſophiam in curioſis multorum quæſtionibus euaneſcit; atque ipſa quæ perdendo, & ſuſtinendo iam diu uicerat, poſtmodum uincendo multa perdidit; & quæ denique in aduerſitatibus firmabatur, in otio periclitari uidetur. Ipſa nanque catholica, & uniuerſalis eccleſia per totum orbem iam dilatata, non humana potentia, aut ſapientia creuit, ſed euangelii prædicatione, diuinæ potentiæ miraculis, uirtutum exemplis, ſanctorum patientia, periculis, & laboribus, & ſanguinis effuſione, atque uariis paſſionum, & tribulationum generibus ſtabilita, & aucta eſt. Quales autem primi illi euangelii concionatores fuerint, per quos mundus credidit, & eccleſia per totum orbem diffuſa fuit, notum eſt; quia non diuites, & potentes in ſæculo, ſed pauperes; non ſapientes, ſed idiotæ; neque nobiles & illuſtres, ſed deſpecti, & uiles piſcato-

12. q. 1. futuram.

piſcatores fuere. Vnde Apoſtolus ad Corinthios ait: Quia non multi ſapientes ſecundum carnem, non multi potentes, non multi nobiles; ſed quæ ſtulta ſunt mundi, elegit Deus, ut confundat ſapientes; & infirma mundi elegit Deus, ut confundat fortia; & ignobilia mundi, & contemptibilia elegit Deus, & ea quæ non ſunt, ut ea, quæ ſunt, deſtrueret. Et Damaſcenus ait. Euangelium cognitionis Dei prædicatum eſt, non bellis, & armis exercitum aduerſariorum deuincens; ſed pauci nudi, pauperes, & idiotæ, perſecutionem paſſi, uerberati, & mortificati, crucifixum in carne, & mortuum, & reſurgentem prædicantes, ſapientibus præua luerunt. Sed ſi homines duodecim (ait Chryſoſtomus) orbem terrarum conuerterunt; quanta ſit noſtra malitia excogita, cum tanti exiſtentes, eos qui reguntur non poſſumus corrigere, quos decem milibus mundis ſufficere oportebat. Quod quidem nō niſi ex noſtra imperfectione euenire manifeſtè conſtat. Nam paucos illos quid tam potentes, tamque mirabiles mundo oſtendit? forte ſola miracula? cum nec ſapientia, nec potentia mundi eis adeſſet? certe etſi ſigna fecerint, non ea tamen eos tam mirabiles, & magnos fecerunt, quoniam & prophetantes, & miracula facientes quandoque tam ab hominibus, quàm à Deo damnati, & reprobi facti ſunt: ſed eos tantum magnificauit tum mundanæ gloriæ deſpectus, diuitiarum, deliciarum, omniumq; mundanarum rerum contemptus, atque ab omnibus ſæcularis uitæ negotiis, & tumultibus ſequeſtratio, perfectaque animi abdicatio: tum uero animarum zelus, feruens charitas, & uirtutum omnium diſciplina; ſine quibus minimè profeciſſent. Sed poſt quieſcentes perſecutiones,

1. Cor. 1.

Damaſc. libro 3.

Chryſoſt. in Matthæum. homi. 16.

tiones,poſt mundi conuerſionem,poſt populorum con curſus, temporalia bona accreuerunt, & ſpiritualia de fecerunt: & quamuis eccleſiaſtico imperio,cui maiora ſubſunt,etiam minima, hoc eſt temporales opes, tam dignè,quàm copioſè iam addictæ & ſubiectæ fuerint; cum & congruum,& neceſſarium ſit,ut ſicut anima cor poraliter uiuens temporalibus membris in ſuis actioni bus iuuatur; ita etiam temporalium rerum ſubſidia, & miniſteria ſpiritualibus famulentur:quia tamen in amplo Eccleſiæ regno complures affluentibus diuitiis cor appoſuerunt; ideo dum ii auxerunt aurum,minuerunt gentem; dum impleuerunt peram, euacuauerunt conſcientiam; & dum ſola mundana prudentia, & potentia regnum augere eccleſiæ putabant,uix in angulo oc cidentis reſtrictam eam uiderunt. Et id contigit, quia ſola doctrinæ authoritate,& non etiam uitæ exemplo; & ſolis temporalibus armis,atque materialibus,& non etiam ſpiritualibus eam defendere, & conſeruare ſtuduerunt: non oratione, & lachrymis; quæ arma ſunt chriſtianorum, & eccleſiæ præſidia: non continentia; quæ eſt cingulum lumborum eius: non iuſtitia,quæ lo rica eius eſt: non ſanctorum exemplis, quæ calciamenta ſua ſunt: non etiam fide, quæ eſt ſcutum; & ſpe, quæ eſt galea; & uerbo Dei, quod eiuſdem gladius eſt. Et quamuis gladii uerbi Dei armatura ſibi ſemper remanſerit, eo tamen quamplurimi eccleſiæ filii ſeſe con fodiunt,qui dicunt & non faciunt; & inde eſt, ut quorum uita deſpicitur, eorum quoque prædicatio contemnatur; & mundus eos conculcat, quia mundanos eos aſpicit. Nam quomodo eccleſiæ filii de medio eius malum auferre poterunt, qui in ſimile delictum corru-

unt?

unt? & qua fronte, qua uirtute, & quo uitii odio peccantes corrigere poterunt, qui tacitè ſibi reſpondent eadem quæ corripiunt ſe commiſiſſe, & ad ea toto animo affectos eſſe? & quonam pacto oratores eſſe poterunt caſtitatis, immunditiæ patratores? atque quomodo auaritiæ odium, & largitatis amorem in aliorum animos inferre, & efficaci ſpiritu imprimere, qui in pecuniis toto corde uerſantur? oportet etenim, ut munda ſit manus, quæ aliorum ſordes diluere curat, ne tacta quoque deterius inquinet, ſi ſordida remaneat: nam is ſanè contra carnis immunditiam efficaciter loquetur, contrariam uirtutem ſuadebit, & uictor in aliis remanebit, qui in ſe prius libidinis ignem depreſſerit, & zelator fuerit caſtitatis; is contra uenena ſuperbiæ, & ambitionis remedia cæteris facile propinabit, qui humilitatis exercitia in ſeipſo exercuerit, & amauerit: atque is denique contra aurum palmam habebit, qui poſt aurum non abierit; propter quod Apoſtoli inopes, & mendici aureos, & auratos huius ſæculi Principes conuerterunt, quia aurum repudiauerunt, ſuppeditauerunt, dixeruntque cum Petro. Argentum, & aurum non eſt nobis. Et idem Petrus Simoni mago dicebat. Pecunia tua tecum ſit in perditione. Atque ita ſanctiſſimi illi Patres eorum paupertate, humilitate, patientia, abſtinentia, caſtitate, puritate, innocentia, miſericordia, & ueritate; atque inſuper iuſtitia, temperantia, fortitudine, prudentia, fide, ſpe, charitate, cæteriſque uirtutibus, & exemplis angelicæ conuerſationis, & uitæ, ſanctam eccleſiam plantauerunt, propagauerunt, & in perfectam uirtutum gloriam prouexerunt. At uero Draco ille, qui de cælo cecidit, & tertiam partem ſtellarum ſecum detraxit,

Dist. 47. c. ſicut. §. neceſſe 1. q. 1. neceſſe.

Eccl. 31.

Act. 3.

Act. 8.

Apoc. 12.

traxit, ipſius eccleſiæ Chriſti ſponſæ ab initio inſidians, non ſolum inferioribus eius membris; ſed nobilioribus magis aduerſatus eſt. Cum enim quis inimicum ſuum aggrediens proſternere atque interficere cupit, principaliores illius partes, eaque membra, in quibus anima magis reſidet,& magis potens eſt, attendit, ut facilius eum ſuperet. Vnde Sathan ipſe contra Principes chriſtianæ reipublicæ, & contra animarum rectores totius ſuæ malitiæ uires ſemper uertit; quia Ducibus exercitus deuictis, milites facile debellari poſſe autumauit. Proptereaque in libris Regum ſcriptum eſt, quòd cum Rex Iſrael cum Ioſaphat Rege Iuda ad pugnandum contra Regem Syriæ ſe contuliſſet, cumque oppoſiti exercitus inuicem appropinquarent; Rex Syriæ Principibus,& Ducibus ſuis iuſſit, ut non contra inferiores, ſed contra Regem Iſrael omnes uires intenderent. Rex Syriæ diabolus eſt; qui ſublimis interpretatur, quia ipſe per ſuperbiam in ſe ſublimis,& Rex ſuper omnes filios ſuperbiæ euectus fuit. Principes uero, & Duces ſui ſunt cæteræ infernales poteſtates, & omnes adminiſtratorii ſpiritus à Lucifero ipſo in miniſterium miſſi contra eos, qui hæreditatem capiunt ſalutis; quibus ille iubet, atque eorum omnium maligna hæc intentio eſt, ut contra caput, & contra ſublimiora eccleſiæ membra, hoc eſt, contra Prælatos inſidias omnes,& omnem pugnam conuertant, ut illis debellatis, ſubditi quique facilius proſternantur. Vnde ait Grego. Cum Paſtor per abrupta uitiorum graditur, neceſſe eſt ut in præcipitium grex ſequatur: ita quòd totum prælii pondus eſt in Prælatos, quoniam illis deuictis, conſequens expectatur in ſubditos uictoria, qui ad maiorum exempla

3. Re. 22.

Grego.

pla ſemper aſpiciunt, & quæ in ſuperioribus exerceri uident, ſibi licere facile putant, ad Chriſti documentum non attendentes, qui ait. Quæcunque dicunt facite, ſecundum autem opera eorum nolite facere. Et ſic peccatum peccato trahitur, & tam inferiorum, quàm ſuperiorum criminibus chriſtiana reſpublica deterior fit, & ſponſæ Chriſti decor obſcuratur. Qua de cauſa non eſt mirum, ſi undique perturbationes, undique perſecutiones, & hæreſes, & mala innumera eccleſiæ nauiculam inquietent, & confundant; quoniam uulgata eſt apud omnes ſententia, quòd propter peccata eueniant aduerſa. Atque ideo dum peccata noſtra in omni ſtatu non cohibentur, irati Dei flagellum nos puniens perſeuerat, cum iam ſuperabundet iniquitas, & charitas multorum refrigeat. Nam ſi chriſtianæ reipublicæ ſtatus omnes diſcutiamus, eos à recti, & ueri tramite non parum excidiſſe inueniemus; & non ſolos Prælatos, aut religioſos alios; ſed temporales ipſos Dominos, & ciues, & plebeculam ipſam aſpiciemus, quòd quanto in mundanis negotiis, & temporalibus bonis, & dignitatibus, & honoribus, ingenia quotidie magis acuere, uires extendere, ſpem, & fiduciam omnem in eis ponere, & ualde proficere appareant; tanto è conuerſo in diuinis gratiis, in chriſtianis uirtutibus, & deuotione, & cæteris ſpiritualibus bonis in dies magis ſemper deficere, & ad deteriora prolabi uideantur. Nam ubi unquam tot fuerunt in ſæculo Tribunalia, & minor iuſtitia? ubi unquam tot Senatores & magiſtratus, & minor cura reipublicæ? quando plures fuerunt leges, & ſtatuta, & conſtitutiones, & cauſæ ſecundum iuris ordinem minus abſolutæ? & ubi tot iudices, & doctores, & aduocatorum,

& notariorum turmæ & tumultus, & minus accepta cauſa uiduæ & pupilli, & pauperis agricolæ, & idiotæ iura minus defenſa? ac denique ubi maior pauperum multitudo, & minor diuitum pietas? & ubi maiores diuitiæ, & pauciores fuerunt eleemoſinæ? Neque clericos, & monacos ſub ſilentio omnino præteribo, qui de præſcriptis ſibi terminis & regulis à canonico iure, ea, ad quam tenentur, perfectione & diligentia, parum ſeruant. Inter quos ſæpe numero ſæcularium rerum cura, & ſolicitudo deuotionem, humilitatem, feruorem ſpiritus, uirtutum exercitia, & alias chriſtianæ perfectionis conditiones præpediunt. Vnde eſt, quòd, poſt eccleſiæ initia, nullo unquam tempore ſic de ſacris literis in prædicatione; ſiue etiam de euangelicis dictis inter plebeias ipſas perſonas ita tractatum fuit; & nunquàm bonorum operum actio minus ſubſecuta. Taceo publica adulteria, ſtupra, rapinas; prætereo tantam chriſtiani ſanguinis effuſionem, indebitas exactiones, uectigalia gratis ſuperaddita; aut quauis ex cauſa iam introducta, abs re tamen perſeuerantia: & innumeras huiuſce modi oppreſſiones: prætermitto etiam ſuperbam ueſtium pompam, ſuperuacaneos ultra ſtatus decentiam ſumptus, ebrietates, crapulas, atque enormes luxuriæ fœditates, quales à ſæculo non fuere. Quia nunquam fæmineus ſexus laſciuior, & inuerecundior; nunquam iuuentus effrenatior, & indiſciplinatior; & nunquam indeuotior, & inſipientior ſenectus; atque, in ſumma, nunquam minor fuit in omnibus Dei timor, honeſtas, uirtus, & modeſtia, & nunquam maior in omni ſtatu carnis libertas, abuſio, atque exorbitantia. Nam quæ maior in mundo exorbitantia, & abuſio excogitari po-

teſt,

teſt; quàm Paſtor ſine uigilantia; prædicator ſine operibus; iudex ſine æquitate; iureconſultus ſine conſilio; magiſtratus ſine regimine; leges ſine obſeruantia; populus ſine obedientia; religioſus ſine deuotione; diues ſine miſericordia; pauper ſine humilitate; mulier ſine uerecundia, iuuenis ſine diſciplina; ſenex ſine prudentia; & chriſtianus quiſque ſine religione? Propterea Dauid dicebat. Deus de cælo proſpexit ſuper filios hominum, ut uideat ſi eſt intelligens, aut requirens Deum; omnes declinauerunt, ſimul inutiles facti ſunt; non eſt qui faciat bonum, non eſt uſque ad unum. Et Hieremias ait. A' minore quippe uſque ad maiorem, omnes auaritiæ ſtudent: & à propheta uſque ad ſacerdotem cuncti faciunt dolum: & curabant contritionem filiæ populi mei cum ignominia dicentes, pax pax, & non erat pax: confuſi ſunt, quia abominationem fecerunt; qui potius confuſione non ſunt confuſi, & erubeſcere neſcierunt. Et ſapiens dicit. Non eſt enim homo iuſtus in terra, qui faciat bonum, & non peccet; & cauſam ſuperius allegat dicens. Iuſtus perit in iuſtitia ſua; & impius multo uiuit tempore in malitia ſua. Ita quòd boni opprimuntur, & impii exaltantur; uirtutes deſpiciuntur, & uitia pro eis in mundo regnant. Vnde Oſeas pro. dicit. Non eſt enim ueritas, & non eſt miſericordia, & non eſt ſcientia Dei in terra: maledictum, & mendacium, & homicidium, & furtum, & adulterium inundauerunt; & ſanguis ſanguinem tetigit. Hæc igitur, & ſimilia hominum crimina, quæ fætorem uſque ad cælum emittunt, cauſa ſunt, cur à Deo tribulationibus, & flagellis corripiamur: atque tanto duriora aggrauantur flagella, quanto grauiora committun-

Pſal. Hiere. 6. Eccl. 7. Oſe. 4.

tur ſcelera; ſicut in ſcripturis antiquis de populo Iſrael toties ob ſua crimina oppreſſo narrantibus, huius rei multa exempla habentur. Sed quia inter omnes aduerſitates, quæ chriſtiano populo occurrere poſſint, nulla maior fore, ipſa hæreſi, exiſtimatur; per quam homines falſæ doctrinæ ueneno inficiuntur; mucrone iniquæ linguæ perimuntur; & domeſtica perſecutione, & familiaribus inſidiis facile decipiuntur, & à Deo ſeparantur: nam ſi bella, peſtilentiæ, fames, & ſimilia ciuitates deſtruunt; hæreſis eccleſiam Dei proſternit: ſi ea temporalia bona auferunt, & corpora occidunt; hæc gratiis, & uirtutibus ſpoliat, & animas ipſas perpetuæ morti tradit: & ſi denique per illa temporale regnum amittitur; per hanc abſque dubio cælorum regno priuatur: ea propter magna fuiſſe requiruntur peccata, quæ tam graue contra Chriſti eccleſiam bellum excitauerint. Qua de re, cum ſæculo iſto miſerrimo tam grauis ſit huiuſmodi perſecutio; tamque urgentia hæreticorum bella undique inſurgentia, & publica, & priuata, & ciuilia, & domeſtica appareant, qualia nunquam ab initio naſcentis eccleſiæ uſque modo fuere; cum in præſens non una, uel duæ hæreſes (ut præteritis temporibus eueniebat) ſed omnes ſimul præteritæ, atque aliæ ſuperadditæ eccleſiam oppugnent; quæ eſt tanti infortunii cauſa? Iam enim expetta eſt nempe chriſtianitas ab octingentis fermè annis iram Dei in ſarraceni co primum, deinde in turcico flagello; ac demum in hæretica Lutheri, & aliorum hæreſiarcharum peſte perniciosiſſima, atque præteritorum flagellorum omnium maximo; ita ut gementes uerè dicere poſſimus cum
Mich.6. Michea. Iudicium Domini cum populo ſuo. Ecce enim

Mahu-

Mahumetes è chriſtianorum manibus Arabiam abſtulit,ubi (Deo permittente, & chriſtianorum peccatis exigentibus) Sarraceni Aegyptum, Libyam, & totam Africam occupauerunt; & mare traiicientes Hiſpanias inuaſerunt, ubi præſertim ex Granatæ regno uix expelli potuerunt, cum Rex Ferdinandus glorioſo triumpho regnum illud chriſtianitati reſtituit. Deinde ſæpe in Gallias, in Siciliam, in Italiam, & in ipſam denique Romam chriſtianæ reipublicæ caput irruperunt,atque eccleſiam ſancti Petri uaſtauerunt. Præterea terram ſanctam pedibus Saluatoris noſtri calcatam occupauere; & factus fuit hoſtis chriſtiani nominis cuſtos dominici ſepulchri. Inclinantibus autem ſe rebus Sultani Aegyptiaci,Turca ſurrexit, eo nec in tyrannide, nec in odio chriſtiani nominis inferior; qui mox Bythiniam arripuit, Cappadociam, Lyciam,Ciliciam,Armeniam minorem, Cariam, Lydiam, Paphlagoniam, Lycaoniam,Phrygiam, Pontum, Pamphyliam, Galatiam,& in ſumma totam Aſiam minorem, quæ hodie magna Turcia dicitur,ſuo ſubiecit imperio. Et per chriſtianorum diſſidium (uæ nobis) traiecto mari, in Europam irrupit; & Achaiam, Atticam, Thraciam uniuerſam, cum Conſtantinopolitano imperio, Bœotiam quoque, Aetoliam, Peloponneſum, quem nunc Moream appellant, Epirum, Macedoniam, Albaniamque ſubiugauit; atque Bulgariæ, & Boſnæ regno ſuperato, ac inſuper Seruia, Raſcia, Rhodo, Nigroponto,& Belgrado occupatis; iam Hungariæ, Poloniæ, Croatiæ, Dalmatiæ, & Germaniæ, non ſine magna chriſtianorum plaga, imminet; quorum tot milia turcicus gladius perdidit, tot milia in perpetuam ſeruitutem abduxit,

Anno Domini 1492.

xit, & tot milia cum omni poſteritate in mahumeticam perfidiam, & æternam damnationem ſeduxit: ita ut Turcarum Imperator potentiſſimus factus tantum ſibi ditionum uendicauit, quantum duo olim Imperatores poſſidebant; & cum tanta crudelitate ſuum barbaricum furorem in chriſtianum ſanguinem exacuit, ut nunquàm tale immanitatis Monſtrum uiſum fuerit. Nam paruulos, aſtantibus parentibus, ad parietes allidere; uirgines ſtuprare, & uxores, ipſis maritis cernentibus, impudenter tractare auſus fuit. Hinc etiam templa diruit; uel ea damnatiſſimo Mahumet dicauit; crucifixi imaginem conſpuit, & ſagittis transfixit; uenerabile Euchariſtiæ ſacramentum pedibus conculcauit; aliaque magis horrenda, & truculenta, quàm effari poſſit, canis ille ferociſſimus perpetrauit; cuius quidem
Iſa.3. atrocitatem prophetica Iſaiæ uerba non incongruè exprimunt, dum is ait. Omnis, qui inuentus fuerit, occidetur, & omnis qui ſuperuenerit, cadet in gladio; infantes eorum allidentur in oculis eorum; diripientur domus eorum; & uxores eorum uiolabuntur. Et quidem barbarica illa rabies non tam uincere, & dominari; quàm potius nos affligere, & chriſtianum ſanguinem effundere delectatur. Vnde & in ſequentibus Iſa-
Ibidem. iæ uerbis dicitur. Ecce ſuſcitabo ſuper eos Medos, qui argentum non quærant, nec aurum uelint, ſed ſagittis paruulos interficient, & lactantibus uteris non miſerebuntur, & ſuper filios non parcet oculus eorum. Maxima profectò Dei ira, quæ tot regna, tot prouincias, totque ampliſſimos epiſcopatus chriſtianitati abſtulit; & non ex alia certè cauſa, niſi quia chriſtiani multi Deum dereliquerunt, peiorem quàm turcicam uitam egerunt,

egerunt, & pluſquam barbarica crudelitate in fratres ſuos uſi fuerunt: & quia (iuxta uerba Samuelis) non 1.Re. 12. audierunt uocem Domini, ſed exacerbauerunt ſermones eius; ideo fuit manus Domini ſuper eos, & ſuper patres eorum. Sed quid Sarracenorum rabies; quidue Turcarum furor; & quid rerum, corporum, uel temporalium regnorum damna erunt, ſi ad furorem, ad malignitatem, ad inſidias, & ad pernitiem, & innumera detrimenta conferantur; quæ non terrenis rebus, & regnis, ſed cæleſtibus; & non corporibus, ſed animabus ipſis tot hæreticorum ſectæ, tot peſtes, totque diabolici hoſtes inferunt? quippequi contra Deum, ſanctoſque ſuos, atque contra catholicam, ſacroſanctamq; Romanam eccleſiam, barbaris ipſis non minus feroces; imò truculentiores, & beſtialiores ſe oſtenderunt; unde templa, altaria, & monaſteria deſtruxerunt; uirgines Deo dicatas uiolauerunt; monachos excoriauerunt; ſacerdotes Dei aſſauerunt; corpora ſanctorum in cloacas, & in flumina proiecerunt; ſacramenta eccleſiæ à Chriſto inſtituta deſpexerunt; ſanctiſſimum Chriſti corpus conculcarunt, & uarijs probris affecerunt; atque omnem Dei cultum, omnemq; chriſtianæ uitæ regulam damnare auſi ſunt: quique in Chriſtum, ipſiusq; genitricem, & in amicos, & ſectatores illius innumeras, atque horrendas blaſphemias continuè proferunt, & tam turpia, tamque execrabilia operantur, ut ea referre dolor, atque pudor prohibeat; nam inter eos omnia quæ fidei, quæ pietatis, & religionis; imò & quæ rationis ſunt, peſſum eunt; adeo quòd non Rex Babiloniæ; nec Antiochus; nec alius impius Rex tali unquam impietate contra hebræum; nec Sarraceni, nec

nec Turcæ contra chriſtianum populum uſi ſint; qualem iſti contra Deum, Patrem, & propriam Matrem ecclesiam. Propter quod ſatius eſſet inter Turcas, quàm inter apoſtatas, iſtos, & perfidos chriſtianos uiuere. Et nihilominus non multi ſunt, qui hæc cogitent; neque adhuc chriſtianorum uiſcera ſatis commota ſunt; neque eſt qui obnixis precibus, & uera uitæ emendatione ſe iræ Dei quaſi murum opponat; nec eſt inſuper qui percuſſionem ſentiat, & doleat. Vnde Hieremias dicebat. Percuſſiſti eos, & non doluerunt. Et per Iſaiam Dominus ait. Vltionem capiam, & non reſiſtet mihi homo, quoniam iratus ſum ſuper populum meum. Effundam ſuper eos indignationem meam, & omnem iram furoris mei. Ecce igitur inter quas anguſtias chriſtiana religio hodie reſtringitur; ecce quomodo Chriſti regnum in terra, in angulo Occidentis coarctatur; nam à quattuor mundi plagis huc chriſtianum nomen reducitur. Vbi enim ſunt quattuor illæ patriarchales ſedes, quarum caput Romana eſt? quis Chriſtum in Oriente colit, ubi tum Tartari, tum Sarraceni, & tum hæretici, & ſchiſmatici dominantur? quis in Africa, ubi mahumetani degunt? quis in Græcia, quæ licet ad Chriſtum reuerſa fuerit, adhuc tamen peruerſa eſt? quis Chriſtum colit in maiori Armenia, olim eius diſcipula, & filia chariſſima, ubi Neſtoriani uiguerunt hæretici? quis inſuper in terra ſancta? iam diximus, quomodo Domina gentiũ quaſi uidua facta ſit, & Princeps prouinciarum facta ſit ſub tributo; in qua quidem pauci ſunt chriſtiani, qui tributarii; & plures ex eis hæretici, uel ſchiſmatici ſunt. Sed quid de Occidẽte dicemus? quid hic eccleſiæ regno ſubditum remanſit? Porrò unam

Eze. 13.
Hiere. 5.
Iſa. 65.

De Bap. c. licet.

Diſt. 15. c. 1. cum ſeq. & diſtin. 16. Sexta Synodus. uerſ. Tertia in Epheſo.

unam partem Mahumeti cultores obtinent; aliam ſchiſmatici, & hæretici; reliquam uero tepidi, ut plurimum, ſiue etiam rebelles, & mali chriſtiani poſſident; qui nomine, & non re ipſa chriſtiani, profeſſionem ſuam negligunt, & Chriſti nomen deturpant, atque uitam fidei non coaptant; inter quos quantum Zizaniorum lutheranæ hæreſis ſeminatum ſit, neminem latet. Vnde hodie Chriſtus de ſuo chriſtiano populo uerè dicere poteſt. Quòd uulpes foueas habent, & uolucres cæli nidos (quia, ſcilicet, infideles,& hæretici,& diabolicæ poteſtates ampla in mundo regna obtinent) filius autem hominis non habet ubi caput ſuum reclinet; quia ex eis, qui ſub ſuo uexillo remanſere, ferè omnes quæ ſua ſunt quærunt, non quæ Ieſu Chriſti; & abundante, ac ſuperabundante iniquitate, plurimorum charitas refrigeſcit. Quapropter cum mecum ipſe animo uolutarem, quænam tantæ ſtragis chriſtianæ reipublicæ cauſa magis præciſa eſſet; & quòd ſingulari, inaudito, atque urgentiſſimo huic flagello, urgentiſſimæ quoque culpæ ratio applicari debeat: idcirco uarias ſcelerum ſpecies, quæ ab initio poſt Adæ lapſum in mundo uiguerunt, prætermittens; cum ſemper tam in Sinagoga, quàm in eccleſia Dei, mali bonis; frumentum paleis; & hædi agnis admixti fuerint; non aliam huius mali cognatiorem cauſam eſſe arbitratus ſum; quàm enormiſſimum noſtræ ingratitudinis peccatum; cum equidem nos chriſtiani, qui iam exhibitæ Chriſti paſſionis merita, & beneficia tenemus; quique maiora abſque dubio munera, gratias, & priuilegia ab ipſo Seruatore poſt eius aduentum recepimus; quàm cæteri omnes præteritis ſæculis recepiſſent; nihilomi-

hilominus eadem mala, atque peiora, quàm tempeſtatis illius ingrati, & rebelles populi fecerint; contra Chriſti præcepta, & ſalutem noſtram admittere non uuereamur: quæ etiam grauiora in nobis à Domino iure reputantur, quoniam ad maiorem uitæ perfectionem per Chriſti exempla uocati, & amplioribus donis, auxiliis, & fauoribus ab ipſo communiti ſumus. Vnde ingratus ille ſeruus, magis ex ſua ingratitudinis culpa, quàm ex decem milium talentorum debito, quod Domino ſuo debebat, ab ipſo damnatus fuit. Sed alia præterea huius uniuerſalis flagelli cauſa eſſe uidetur, notoria, & publica chriſtiani populi peccata, non ſolum non abſcondita, ſed etiam prædicata; ſicut ſcriptum eſt. Peccatum ſuum, ſicut Sodoma, prædicauerunt, nec abſconderunt. Nam in multis Eccleſiæ filiis uitia plurima non abſconduntur, ſed iam in longum uſum conuerſa omnia hæc quaſi conceſſa propalantur. In Primatibus enim non nullis auaritia, tirannicæ exactiones, & uſurpationes, præter ſui ſtatus indigentiam, & præter commune bonum; imò in maximum populorum detrimentum introductæ, manifeſtæ ſunt. Et in ciuibus, & populis ipſis, uſuræ, fraudes, adulteria, fornicationes, inimicitiæ, uindictæ, blaſphemiæ, & id genus reliqua nota ſunt; in quibus mundani, & peruerſi homines non ſolum excuſantur; ſed lætantur cum malefecerint, & exultant in rebus peſſimis. Quapropter cum ſæpius horum delictorum nullus hic uindex, nulluſque punitor & iudex extet in terris; ideò ſupremus ille iudex, qui malum nullum impunitum relinquit, hic ex miſericordia punire ea ſtudet ad correptionem; ne tandem caſtiget per æternam damnationem: & ob manife-

Iſa. 3.

manifeſta facinora, uniuerſalia & publica immittit flagella, ſicut de Dauid, & aliis regibus, & de ipſo populo Iſrael in ueteri teſtamento exempla multa legimus. Vnde & zelans Phinees de manifeſto delicto uindictam Dei ſtatim exercuit, ne Deus ipſe grauiorem inferret punitionem; cum in manus Dei uiuentis incidere nimis horrendum ſit. Atque alia denique huiuſce totius chriſtianitatis plagæ principalior cauſa eſſe apparet; à multis eccleſiæ miniſtris, male adminiſtrata animarum cura, paſtoraleque munus tam Chriſto gratum, tamque ab eo ſuis miniſtris commendatum, negligenter actum; & magis à mercenariis, quàm à paſtoribus exercitatum. Propter quod zelator, & ſponſus ille animarum chariſſimus, ſi malè negotiantes in ſuo materiali templo flagello iam corripuit, & cathedras uendentium columbas, & menſas numulariorum euertit; quid ni propter ſuæ ſpiritualis eccleſiæ male geſtam curam, ſui ardentiſſimi zeli ſigna manifeſtabit? Sic etenim & ſinagogæ, electo Dei populo, contigit; quæ in ſuis malitiis iam diu ſupportata à Domino fuit: ſed cum tandem contra proprium Meſſiam, ſumma Dei bonitate ſibi exhibitum, tam dira tum crudelitate, tum ingratitudine uſa ſit; quem de lumbis ſuis ſecundum carnem egreſſum, ut impia nouerca, opprobriis & ſuppliciis undique ſaturauit: cumque illius Pontifices, rectores, & ſacerdotes iam auaritiæ, uſuriſque publicè incumbere, atque hypocriſis uitio palam ſibi gloriam uſurpare minime puderet: cumque inſuper ij ſubditorum curam peſſimè agerent; atque illis ſcandalo & detrimento eſſent; ſicut eos Dominus ſæpe arguere ſolebat: idcirco Seruator ipſe iam in templo eoſdem

Num. 25.
Heb. 10.
Mat. 21.
Mar. 11.

acriter flagellare cœpit, nec unquam à tali flagellatione ceſſauit, nec ceſſabit, donec ipſi flagellandi cauſam à ſe auertent, & ſuam ingratitudinem agnoſcentes, ad Dominum ſuum ſeſe toto corde conuertent. Et propterea mirum eſſe non debet, ſi nos durioribus plagis præ cæteris omnibus caſtigemur; cum diuinæ gratiæ tam abundanter nobis exhibitæ debitores effecti, ex maiori recepto munere culpabiliores reddamur, ſi (ut fas eſt) ipſi donatori grati eſſe non ſtudeamus. Nam etſi nomen Deo dederimus, & fide deſponſati, diuina gratia dotati, atque cruce Domini noſtri ſignati in baptiſmo fuerimus; attamen quia diabolo, & pompis, & operibus eius, cui iam renunciauimus, denuo
Luc. 12. adhæremus; ideo ſententia Domini in nos uenit; cum ipſe dixerit, quòd ſeruus, qui cognouerit uoluntatem Domini ſui, & non fecerit eam, plagis multis uapulabit; qui autem non cognouerit, & digna plagis fecerit, uapulabit paucis. Et hinc ratio patet, cur delinquentes fideles grauius quàm infideles damnentur; & cur Deus chriſtianos hic etiam ſæpe affligat, triumphantibus infidelibus; & bonos quoque corripiat & caſtiget, malis ſua deſideria conſequentibus. Quoniam à chriſtianis, quibus Dominus plurima ad negotiandum talenta tradidit, ampliorem negotiationis rationem requirit; atque in eos iuſtitia illius magis exagitata duriorem uindictam clamat. Sed eos inſuper quos ipſe diligit ad meliorem profectum hic punit, & purgat, urit & ſecat, ut in æternum parcat; quod tamen de malis Deus ſæpe non facit; ſicut ſcriptum eſt.
2. Macha. 6. Non ſicut in aliis nationibus Dominus patienter expectat, ut eas cum iudicii dies aduenerit in plenitudine peccato-

peccatorum puniat. Et per Amos Prophetā Dominus Amos 3.
ait. Tantummodo uos cognoui ex omnibus cognationibus terræ; idcirco uiſitabo ſuper uos omnes iniquitates ueſtras. Quaſi diceret, quòd, cum ille populus Dei diceretur; propterea eò magis in iniquitatibus ſuis corripiendus eſſet; ne ſcilicet illius populi ſcelera magis, quàm alieni, in dedecus Domini ſui cederent; & nomen Dei ſui inter gentes, hac de cauſa, blaſphemaretur. Cum igitur chriſtianus populus, propter tot facinora ſua, meritò caſtigetur, & arguatur; compertiſſima res eſt, quòd ſi mores, & uitam is non reformet, & à ſe flagelli cauſam non auertat; nec plaga Dei ceſſabit, nec uictoriam de eccleſiæ inimicis reportabit; quippe qui indurant facies ſuas ſuper petram, & nolunt reuerti; de quibus Hieremias ait. Ecce incir- Hiere.6.
cunciſæ aures eorum, & audire non poſſunt; ecce uerbum Domini factum eſt eis in opprobrium, & non ſuſcipient illud. Ideo cauſa tollenda eſt, ut effectus remoueatur; quoniam ſacra pagina ubique clamat, tribulationum, & perſecutionum flagella propterea contra nos perſeuerando ſæuire; quia nos inobedientes non ceſſamus male uiuendo Deum offendere, & ad iuſtam iram prouocare. Ita enim Dominus inquit per Iſaiam. Ecce non eſt abbreuiata manus Domini, ut ſalua Iſa. 58.
re nequeat, neque aggrauata eſt auris eius, ut non exaudiat; ſed iniquitates ueſtræ diuiſerunt inter uos, & Deum ueſtrum, & peccata ueſtra abſconderunt faciem eius à uobis ne exaudiret. Similiter per Hiere. inquit. Hiere. 18.
Repente loquar aduerſus gentem, & aduerſus regnū, ut eradicem illud, & deſtruam, & diſperdam. Si pænitentiam egerit gens illa à malo illo, quod locutus ſum

aduerſus eam; & ego agam pænitentiam ſuper malo, quod cogitaui ut facerem ei; & ſubito loquar de gente, & regno, ut ædificem, & plantem illud. Et Dauid
Pſal. 7. propheta idem comminatur dicens. Niſi conuerſi fueritis, gladium ſuum uibrauit, arcum ſuum tetendit, & parauit illum, & in eo parauit uaſa mortis, ſagittas
Hiere. 36. ſuas ardentibus effecit. Et alibi per Hieremiam iterum Dominus ait. Tolle uolumen libri, & ſcribes in eo omnia uerba, quæ locutus ſum tibi aduerſum Iſrael, & Iudam, & cæt. & ſequitur, Si forte audiente domo Iuda nniuerſa mala, quæ ego cogito eis facere, reuertatur unuſquiſque à uia ſua peſſima; & propitius ero iniquita
Hiere. 26. ti, & peccato eorum. Et rurſum dicit. Noli ſubtrahere uerbum, ſi forte audiant, & conuertantur unuſquiſque à uia ſua mala, & pæniteat me mali, quod cogitaui facere eis propter malitiam ſtudiorum eorum. Si ergo in peccatis homines perſeuerent, & non per hæreticorum perſecutionem, non per peſtem, non per annonæ caritatem, neque per bella, infirmitates, & alia huiuſmodi mala, à uiis ſuis uitioſis, & peſſimis conuertantur; imò in eis duriores, & firmiores quotidie fiant; quæ illis ſpes miſericordiæ Dei flagella ſua à ſe auertentis reliqua eſſe poteſt? imò potius flagitiis in dies creſcentibus, etiam flagra incrudeſcere, & aſperiora fieri debere credendum eſt; quemadmodum ipſe Dominus in Deu
Deut. 28. teronomio comminatur dicens. Ecce fames, & plaga, & tribulatio, & anguſtia, miſſa ſunt flagella in emendationem, & in his omnibus ſe non conuertunt ab iniquitatibus ſuis, neque flagellorum memores erunt ſem
Leui. 26. per. Et in Leuitico, poſtquàm multa Dominus minatus fuerat mala, ait. Sin autem nec ſic obedieritis mihi, ad

dam

dam correptiones ueſtras ſeptuplum propter peccata ueſtra, & conteram ſuperbiam duritiæ ueſtræ. Et iterum ſequitur. Quòd ſi nec ſic uolueritis recipere diſciplinam; ſed ambulaueritis ex aduerſo mihi; ego quoque contra uos aduerſus incedam; & percutiam uos ſepties propter peccata ueſtra; inducamque ſuper uos gladium ultorem fœderis mei. Ex quibus omnibus concluditur, atque euincitur, nullam eſſe aduerſus hæreticos hoſtes uictoriæ ſpem; niſi prius, pænitentia de peccatis præteritis acta, in melius reformemur, & Deo reconciliemur: aliter uero, cum multiplicata fuerit malitia, & iniquitas in nobis, & confortatæ auerſiones noſtræ; confortabuntur, & multiplicabuntur etiam Dei flagella; & permanente, atque creſcente cauſa, perſtabit quoque, & augebitur effectus; & ea uſque in finem perſeuerante, etiam Domini flagellum perdurabit. Et cum denique iniquitates noſtras amplius ferre Dominus noſter non poterit; faciem ſuam, & dona, & gratias ſuas ad alias gentes conuertet, & extraneos ad ſe uocabit populos, qui beneficiis & gratiis illius pergrati erunt, & præcepta, & promiſſa non paruifacient, neque (ut nos facimus) ſaluberrima eius ſacramenta negligent; ſed tam Chriſto, quàm ſponſæ ſuæ Sanctæ Romanæ eccleſiæ exactam obedientiam, & reuerentiam obnixè præſtabunt: atque ita S. Mater noſtra filiis non deſtituetur. Propter quod ſapientia dicit. Impiis qui nō agunt pænitentiam, uſque ad nouiſſimum, ſine miſericordia ira ſuperueniet. Et Hieremias ait. Non poterat Dominus ultra portare propter malitiam ſtudiorum ueſtrorum, & propter abominationes quas feciſtis; & facta eſt terra ueſtra in deſolationem, & in ſtuporem, & Sapi. 19. Hiere. 44.

in

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

in maledictum. Nam id ſanè experientia cognouimus, quòd quoties populus Dei à uero eius cultu in fide deſciuit; toties alium fidelem populum ſibi Deus alibi ſuſcitauit; & proprium, ut alienum, deſeruit; atque ſicut propter ſcelerum enormitatem, uenit hæreſis, & in fidelitatis flagellum; ita propter hæreſis atque perfidiæ abominationem, uenit derelictio. Vnde cum inter nos crimina non ceſſent; & cum ſubſequenter per nouas Lutheranorum; Zuinglianorum; Vgonottorum; Anabaptiſtarum; & aliorum hæreticorum, nec non ſchiſmaticorum ſectas Chriſtus plures animas amittat; quæ ad parentem omnis ſchiſmatis, & diſcordiæ in æternam damnationem corruunt; ita ut magnæ ciuitates, ducatus, & dominia huiuſmodi peſte inficiantur; in quibus neglecta religio iacet, Dei cultus aboletur, ſancti omnes contemnuntur, templa profanantur, altaria deſtruuntur, & monaſteria in execrabiles uſus, & armamentaria, & ſtabula uſurpantur; & ubi (ut iam diximus) nulla lex, nulla Dei ueneratio, nullum fas, nulluſque ordo, ſed ſempiternus horror, & error inhabitat: idcirco, ſi nos in malo perſeuerare uolemus, certe non eſt dubium, quòd Dominus cultoribus ſuis carere nolet. Vnde iam fide, & cultu chriſtiano deficere incipiente in tota Germania, in Dacia, in Noruegia, in Pruſſia; atque in multis tum Galliæ, tum Italiæ locis; Deus populum ſibi fidelem alibi excitabit, qui ſine ſchiſmate, ſine hæreſibus, & abſque ſcelerum enormitatibus, de corde puro, & conſcientia bona, & fide nonficta, debitam ei ſeruitutem reddat; ita quòd ſi ex una parte multi cadunt eccleſiæ filii, non filii ſed ſpurii, ſemen nequàm, & uiperarum genimina; ex alia plurimi reſur-

reſurgent; cum decens ſit reliquum eſſe nobis à Deo ſe men, ne ſicut Sodoma efficiamur. Nam cum angelorum ruinas per numerum hominum Deus ſupplere decreuerit; deficiente uno populo, alium ſuſcitabit; quippe qui de lapidibus ipſis filios Abrahæ ſuſcitare potens eſt; quique in ruinam, & in reſurrectionem multorum poſitus eſt; atque in mundum uenit, ut qui non uident uideant, & qui uident cæci fiant; hoc eſt, ut qui ueram fidem ignorant, & uiam uitæ neſciunt, uerum lumen recipiant, & fideles efficiantur; at contra qui acceptam fidem irritam faciunt, & per hæreſim, atque per improbos mores ea abutuntur, cæci fiant, & à Deo proiiciantur, cum & ipſi eius mandata proiecerint. Quod quidem poſt Sinagogæ repulſam, etiam hoc noſtro ſæculo eueniſſe; atque inter nos hoc Dei iudicium extitiſſe uidemus; ut, ſcilicet, dum plures in Germania, Dacia, Gallia, Italiaque uidentes cæci facti ſunt; hinc Deus, in Bulgaria, Myſia, Macedonia, & in nouis Indiæ partibus trans Herculis columnas, cæcas gentes innumeras uidere faciat, & ad fidem, & uitam chriſtianæ religionis conuerti. Propterea Dominus per prophetam dicebat. Populus, quem non cognoui, ſeruiuit mihi, in auditu auris obediuit mihi. Et de lapſis ſubiungit dicens. Filii alieni mentiti ſunt mihi; hoc eſt, filii à matre ſua eccleſia per hæreſes alienati, mendaci doctrinæ adhæſerunt, & fidem Deo mutauerunt; ſicut alibi per eundem prophetam ait. Alienati ſunt peccatores à uulua, errauerunt ab utero, locuti ſunt falſa: & ideo replicat dicens. Filii alieni inueterati ſunt; quia, ſcilicet, in erroribus ſuis occalluerunt, ſpiritui ſancto reſiſtentes, & in reprobo ſenſu degentes. Et claudicauerunt à ſemitis

Pſal.17.

mitis ſuis; quia à ſemita recta, & à uia uitæ, & manda-
torum Dei declinauerunt, & à uera fidei doctrina clau
3.Re.18. dicauerunt. Propter quod Helias perfido illi populo
dicebat. Vſquequo in duas partes claudicatis? Si Do-
minus eſt Deus, ſequimini eum; ſi autem Baal, ſequi-
mini illum. Atque tandem ibi ſermonem ſuum con-
cludit Dauid dicens. Propterea confitebor tibi in natio
nibus Domine, & nomini tuo pſalmum dicam. Et hoc
Apoc.2. idem in Apocalypſi chriſtiano populo Dominus mina
batur dicens. Memor eſto unde excideris, & age pœni-
tentiam, & prima opera fac; ſin autem uenio tibi, &
mouebo candelabrum tuum de loco ſuo niſi pæniten-
tiam egeris; quod quidem de omnibus tum à fide Ro-
manæ eccleſiæ; tum à recta uita apoſtatantibus dicitur;
Quòd uidelicet, ſi memores non fuerint unde excide-
rint ab eccleſiæ unitate; & pœnitentiam non egerint;
& opera prima, quæ, ſcilicet, ante lapſum faciebant, &
in baptiſmo profeſſi fuerant, non fecerint; Deus cande
labrum eorum, in quo lumen eſt fidei, & gratiæ, de lo-
co ſuo amouebit; & alias gentes ſibi aduocabit, qui-
bus cæleſtium gratiarum lumen abundanter largietur;
Iſa.55. & implebit quod Iſaias locutus eſt, dicens. Ecce gen-
tem, quam neſciebas uocabis; & gentes, quæ non co-
gnouerunt te, ad te current. Et profectò hæc eſt muta-
tio dexteræ excelſi; quòd Deus ipſe homines electos,
& peculiarem populum proiiciat, & ignotam gentem
(quæ, ſcilicet, legem Dei non nouit) eleuet, & magni-
ficet. Atque tandem, ſi etiam nulla alia authoritate ful
Matth.21. ciremur, Chriſti parabola de uinea iniquis agricolis lo
cata nobis ſatis eſſet, ubi contra malos operarios dura
fertur ſententia, dum dicitur. Malos male perdet, &
uineam

uineam ſuam locabit aliis agricolis, qui reddant ei fructum temporibus ſuis. Quod etſi de uniuerſali Domini uinea uerificetur, quæ primum ſinagoga fuit, & poſtmodum in eccleſiam translata eſt, & aliis colonis locata; attamen quod in uniuerſali ſemel contigit, in particularibus etiam eccleſiis quandoque euenit. Vnde cum in multis particularibus Germaniæ, & aliarum prouinciarum eccleſiis; de quibus iam diximus; cæcitas contigerit; ſubinde conſequens eſt, ut Dominus alium populum ſibi uocet, qui eccleſiam ſuam ingrediens illuminetur; & cum ii, qui uocati erant, cænam Agni guſtare noluerint; congruum eſt, ut Dominus in uias & ſepes mittat, ut domus ſua impleatur. Non enim Dominus patitur ob malitiam noſtram, regnum ſuum uacuum, & ſine incolis deſtitutum eſſe, ſed manſiones multas, quæ in domo Patris ſui ſunt, impleri oportet. Propter quod in Apocalypſi eccleſiæ Philadelphiæ dictum eſt. Tene quod habes, ut nemo accipiat coronam tuam. Quòd ſi chriſtiani ſacri baptiſmatis aqua perfuſi, nolint quod habent tenere; ſed nouis erroribus, ſchiſmatibuſque Lutheri, Zuinglii, Caluini, Coruini, & ſimilium intendant; neceſſe eſt, ut alii, qui ex gentibus in locum perfidorum, & malorum chriſtianorum ſubrogantur, eorum coronam accipiant. Quod & alibi Dominus affirmabat dicens. Quid tibi faciam Iacob? noluiſti obedire Iuda: transferam me ad alias gentes, & dabo eis nomen meum, ut cuſtodiant legitima mea; quoniam me dereliquiſtis, & ego uos derelinquam. Quis ergo, ſi fidem, ſi deuotionem, ſi charitatis feruorem, & opera eorum, qui iampridem in nouis Indiæ partibus conuerſi ſunt, & quotidie conuertuntur,

Grego. in Ioan. 14.

Apoc. 3.

4. Eſdræ. 1.

fidei, & operibus eorum qui in noſtris regionibus ſunt comparet; non facile hæc ad uerbum in nobis eueniſſe
Matth.8. concludet? ſicut & in Matthæi euangelio Dominus idem expreſſius affirmat dicens. Multi ab Oriente, & Occidente uenient, & recumbent cum Abraam, Iſaac, & Iaacob in regno cælorum; filii autem regni (hoc eſt falſi, & mali chriſtiani, qui filii regni appellati erant, & ad cæleſtes nuptias uocati) eiicientur in tenebras exte
Oſeæ 2. riores. Et quis enim uirtutem Dei auſus erit dicere eſ ſætam, manumque eius abbreuiatam; ut non etiam ho
Roma. 8. die, non plebem ſuam, plebem ſuam uocare poſſit? & filii Dei dicantur omnes, qui credunt in nomine eius?
Oſee 1. nam & hoc iamdiu Oſee prænuntiauit dicens. Et erit in loco, ubi dicetur eis. Non populus meus uos; dicetur eis. Filii Dei uiuentis. Et alia multa ex ſcripturis ad rem faciunt, quæ tum de uniuerſali Chriſtianorum eccleſia uerificata ſunt: tum de particularibus eccleſiis quotidie uerificantur. Quod autem ex ſacris literis ad duximus, ipſa experientia comprobatur. Nam ecce
Anno Domini 700. primo abiectis Iudæis, Deus gentes ſuſcepit. Præterea cum in Aſia maiori, & in Africa homines à fide defeciſſent; Germania, quæ adhuc in tenebris uerſabatur idololatriæ, fidem Chriſti ſuſcepit. Deinde quando Aſia minor, & Syria Mahumeti ſpurcitiis infectæ fuere; tunc Hungaria, Morauia, & Bohemia Chriſti fidem receperunt; & mox idem fecit Polonia, circa annum Domini milleſimum; ubi magna Græciæ pars ſe ab eccleſia ſciderat. Et quid plura? Cum poſtmodum Morauia, & Bohemia per hæreſim à Sancta Romana eccleſia recederent; tunc Lituania cum finitimis locis Chriſtum agnouit. Et ſimiliter Germania, & aliis ſimul iam

præaſſer-

præaſſertis prouinciis à chriſtiana religione exinde diſcedentibus;nouæ gentes in locum eorum ſuccedunt, & auido corde Chriſti fidem percipiunt. Quid igitur nobis interim reſtat agendum (Patres conſcripti) niſi, ut unuſquiſque cauſam, propter quam iratus eſt Dominus, à ſe procul abiicere ſtudeat; & ut in cæteris quoque idem fiat, toto conatu procurare, atque cum propheta Daniele ſe humiliando dicere. O Domine omnia quæcunque nobis feciſti, in iuſto iudicio feciſti; quia peccauimus tibi, & mandatis tuis non obediuimus. Nam cum iam, per ea quæ diximus, fateri cogamur, flagella hæreticorum grauiſſima,ex grauiſſimis noſtris ſceleribus à Deo nobis immitti; primum ergo radix aggredienda eſt,& peccata illa amputanda ſunt, per quæ hic diuinæ uindictæ effectus in nos occurrit;ut inde ira Dei quieſcat; uibratusque ſeueri illius iudicii gladius in uaginam recondatur; atque præualens aduerſariorum perſecutio ceſſet. Nam ſi effectum hunc à nobis remoueri, & ueritatis lumen in aduerſariis ueritatis diffundi; & orationes, & prædicationes,& doctrinam noſtram efficacem congruumque finem conſequi exoptamus; oportet ut cauſam ipſam, & offendicula prius amoueamus,& mala inter nos acta reformemus; & ea primitus, quæ magis contra nos Deum ad iracundiam concitaſſe, & flagellum hoc induxiſſe arbitramur, à nobis excludamus; atque ita ad Dominum toto corde, & totis uiribus conuertamur; ſi eum ad nos totis uiſceribus,& omni gratiarum fauore conuerti cupimus;cum ipſe per Zaccariam Prophetam dicat. Conuertimini ad me, & ego conuertar ad uos. Quoniam Dominus noſter humiliatos, contritosque corde nun-

Dan.9.

Zacca.1.

quam deſpexit; ut Dauid; & ipſe Chriſtus; & immaculata illius genitrix teſtantur; & ſcripturæ omnes fidem faciunt; & ſicut exempla quoque quamplurima
Ioan.3. habemus, tum Niniuitarum, qui iudicium Dei, & iam prolatam à Iona propheta illius ſententiam ſola humiliatione, & cordiali pœnitentia effugerunt; tum etiam
3.Re. 21. de Achab, de quo Dominus ad Heliam dicebat. Nonne uidiſti humiliatum Achab coram me? quia igitur humiliatus eſt mei cauſa, non inducam malum in die-
2.Para. 20. bus eius. Sic & Rex Ioſaphat à ualidiſſimo exercitu circundatus, & quò refugeret neſciens, ad Dominum humiliter clamabat dicens. Cum ignoremus quid agere debeamus, hoc ſolum habemus reſidui, ut oculos noſtros dirigamus ad te. Iezechias quoque in anguſtia, & perſecutione regis Aſſyriorum ad Dominum humili
Iudit.3. corde clamans exauditus eſt. Similiter & Iudith humili ſæpius oratione coram Domino acta, uictoriam contra Holofernem impetrauit. Vnde cum ſimul omnis populus Iuda coram Deo humiliaretur, & pœnitentiam
Iudit.4. ageret, Eliachim ſacerdos eis dicebat. Scitote quoniam exaudiet Dominus preces ueſtras, ſi manentes permanſeritis in ieiuniis, & orationibus in conſpectu Domini. Et ad hanc denique iugem, humilemque ora-
Cor.1. tionem, & ad ſinceram uitæ emendationem Apoſtolus fideles ſæpiſſime hortabatur. Quapropter nos etiam legitimi Sanctæ Romanæ Eccleſiæ filii, qui inter tot perſecutionum, & tribulationum anfractus anguſtiati, ac uelut inter Scyllam, & Charybdim ſpumantibus undis reſtricti, dum chriſtianæ fidei inimici, & domeſtici, & extranei; & occulti, & manifeſti, in dies acriores oriantur; quò hic greſſus dirigere poſſimus, ut ii omnino

no aboleantur; ignoramus; frequentes, deuotasq; coram Deo orationes offerre; ſanctos Dei implorare; atque ſpiritualibus armis induti dignos pœnitentiæ fructus facere, corpora ieiuniis macerare, effrænes appetitus mortificare, uitamque in melius emendare, atque ſinceram, puram, honeſtam, chriſtianoque nomine dignam conuerſationem mundo præferre debemus; ut obloquentium ora claudantur; & ſal ſapidum; & ciuitates ſupra montem poſitæ, & lucernæ in eccleſia ardentes & lucentes in Dei honorem, & ipſius Sanctæ Romanæ Eccleſiæ utilitatem efficiamur. Nam ſic & flagelli Dei auerſio, & hæreticorum conuerſio, & pax uera in chriſtiano populo ſperanda, atque unio, totaliſque & perfecta chriſtianæ reipublicæ renouatio pro comperto expectanda eſt; in qua uel aduerſarii ueritati adhærebunt; uel iam ſatis ſpiritui ſancto reſiſtentes, & per eorum malitiam uſque ad ſummum impletam nimium malignantes, à Deo ipſo ſtatim exterminabuntur, & Dominus pro nobis pugnabit, qui quidem iram ſuam à nobis auertens, illam duplicatam contra eos iuſto ſuo iudicio diffundet. Quia non differt Dominus miſericordiam, cum ad eum reuertitur homo (aiunt ſcripturæ) ſed cum iratus fuerit, miſericordiæ recordatur. Vnde unus ex Machabæis dicebat. Et ſi uobis propter increpationem, & correptionem Dominus Deus noſter modicum iratus eſt, ſed iterum reconciliabitur ſeruis ſuis. Et Dominus per Iſaiam dicit. Noli timere populus meus habitator Sion ab Aſſur; in uirga enim percutiet te, & baculum ſuum leuabit ſuper te in uia Aegypti. Adhuc enim paululum, modicumque, & conſumabitur indignatio mea, & furor meus ſuper ſcelus eorum,

Matth. 6.

2. Ma. 7.

Iſa. 10.

rum, & ſuſcitabit ſuper eum Dominus exercituum flagellum iuxta plagam Madiam; & erit in die illa auferetur onus de humero tuo, & iugum eius de collo tuo.
Iſa.13. Et alibi per eundem prophetam ait. Et requieſcere faciam ſuperbiam infidelium, & arrogantiam fortium humiliabo. Quantum uero hoc hæreticorum genus ſuperbiat, & Deum, & eccleſiam ſuam contemnat, nullum latet.
Eze.12. Deinde per Ezechielem dicit. Mucro euagina te ad occidendum. Et infra paulo poſt ſubdit. Reuertere ad uaginam tuam in locum, in quo creatus es; in terra natiuitatis tuæ iudicabo te, & effundam ſuper te indignationem meam.
Pſal.7. Et Dauid dicebat. Conuertetur dolor eius in caput eius, & in uerticem ipſius iniquitas eius deſcendet. Quid ergo? Non ne ſatis furit in chriſtianos hæreſum gladius? non ne tot blaſphemiæ & ſcelera hæreticorum contra Chriſtum, & eccleſiam ſuam ſatis ſunt? & non ne iam eorum malitia impleta, & ſupereffuſa eſt? Manebunt ne adhuc tot tirannides; tot homicidia; tot bonorum eccleſiæ rapinæ; tot ſacrilegia; oppreſſiones; omnis generis immunditiæ; & innumera alia flagitia, nulla uel honeſtatis, uel iuſtitiæ habita ratione? Non ne eorum quoque ſcelera Dominus in gladio ſuo uiſitabit, & honorem ſui ſancti nominis uindicabit? Si ergo populus iſte nequam; ſi hoc ſemen Chanaam; ſi turmæ iſtæ diabolicæ, ad pedes Sanctæ Romanæ Eccleſiæ non denique humiliari uelint; ſuffocentur ſicut alter Pharaonis exercitus, qui populum Dei perſequebatur;
Exo.15. occidantur cum opprobrio ſicut alter Golias, qui aciem Dei uiuentis exprobrauit;
1.Re.17. fiat eis ſicut Holoferni; ſicut Sennacherib; ſicut Agag;
Iudit.9. ſicut Nabuchdonoſor; ſicut Balthaſſari; ſicut Antiocho;

cho; ſicut Herodi; & quemadmodum quinque regibus Amorrhæorum contra Ioſue pugnantibus, ſuper quos Dominus lapides pluit. Vniuerſalis igitur eccleſiæ unionis, & pacis bonum eò magis ſperandum eſt, quo ad ſuiipſius reformationem unumquemque parari inſpicimus, & omnimodam, atque communem hanc renouationem deſiderare uidemus. Et quamuis plures mali, quàm boni eſſe dicantur; attamen boni etiam in eccleſia non deſunt; quia ſemper Dominus in ea ſibi ſemen relinquet. Tam efficax autem eſt apud Deum bonorum oratio; ut ii non pro ſe tantum, ſed etiam pro aliis, atque pro malis impetrare aliquid ualeant. Nam ad Abraam dixit Dominus, quòd ſi decem uiros iuſtos in Sodoma inueniſſet, eam non perdidiſſet. Sic Moſes & Aaron ſæpe ante Dominum pro populo nequam orantes ſteterunt, & exauditi ſunt. Atque ſolus Helias oratione ſua uniuerſo regno peruerſi regis Achab reconciliatum placatumque Deum reddidit. Quia (ut Auguſtinus rationabiliter arguit) tãta humanæ ſocietatis unitas eſſe debet; ut quiſque ita pro alio ſolicitus ſit, tanquam ſi unum corpus omnes eſſemus; ſicut etiam Apoſtolus affirmat. Vnde fit, ut ſæpe hic alius pro alio plectatur. Nam quòd mali homines peccatis ſuis bella, famem, uel peſtem, & ſimilia merentur, hic non ſoli, ſed unà cum bonis flagellantur: quod cum fiat; ut cum malis etiam bonos Deus affligat; & cum illi proprium ſit miſereri; cur non uiciſſim malis interdum propter bonos peccata dimittat? quippe qui uelox ad ueniam, & tardus ad uindictam ſemper fuiſſe dignoſcitur? Et propterea ſpes nos bona manet, quòd non continebit Deus in ira ſua miſericordias ſuas,

Gene. 18. Exo. 32. Num. 14. & 21. 3.R.

ſuas, & non obliuiſcetur miſereri, neque iram ſuam ex tendet à generatione in generationem. Hæc autem ſpes eò magis in nobis augetur, quò non ſolum à mortalibus, qui per gratiam Deo in hoc ſæculo adhærent; uerum etiam à beatis angelis; à ſanctorumq; omnium choris, qui per gloriam Deo ſummo bono in perfecta charitate uincti ſunt, rei noſtræ fauor impenditur. Quod quàm uerum ſit ex eo apparet, quòd Iudas Ma-

2.Ma.15. chabæus Oniam manus protendentem, atque pro omni Iudæorum populo orantem uidit; cum quo etiam Hieremias propheta ſimiliter pro electo populo orans illi uiſus eſt. Quòd ſi Hieremias, & Onias pro Iudaico populo orauerunt, cum adhuc in limbo eſſent: quanto magis pro chriſtiano populo, & pro Sancta Romana Eccleſia à ſe (fauente Domino) fundata, aucta, & proprio ſanguine defenſa, orabunt ſancti Apoſtoli, Apoſtolorumque diſcipuli; & innumerabiles martyres, qui lauerunt ſtolas ſuas in ſanguine Agni; & ſancti confeſſores; uirgines; & cæteri omnes beati; qui apud miſericordiæ fontem fæliciter degunt? quorum eccleſiæ multæ ab apoſtatis iſtis deſtructæ ſunt; & corpora; & reliquiæ multæ ueneratione dignæ conculcatæ, & diſſipatæ. Propter quod contra obſtinatos, & perfidos

Apoc.6. hos mortis filios iam clamare incipient. Vindica Domine ſanguinem ſanctorum tuorum qui effuſus eſt; & deſtrue eos qui poſuerunt morticina ſeruorum tuorum eſcas uolatilibus cæli, & carnes ſanctorum tuorum beſtiis terræ. Nam magnam habent apud Deum beati cir

Pſal.149. ca inferiora poteſtatem. Vnde Dauid ait. Exultabunt

2.Theſ.1. ſancti in gloria, lætabuntur in cubilibus ſuis; exultationes Dei in gutture eorum, & gladii ancipites in manibus

nibus eorum, ad faciendam uindictam in nationibus, increpationes in populis; ad alligandos reges eorum in compedibus, & nobiles eorum in manicis ferreis, ut faciant in eis iudicium conſcriptum; gloria hæc eſt om nibus ſanctis eius. Et ſi Apoſtolus Paulus hic degens in terris tot pericula, perſecutiones, & mortes pro fratribus ſuis, & pro Romanorum, pro Corinthiorum, Philippenſium, Galatharum, Epheſiorum, Coloſſenſium, & Theſſalonicenſium eccleſiis; atque pro pluribus aliis populis, & nationibus ſuſtinuit:& ſi hic etiam anathema pro eis fieri cupiebat: cur eorum ſalutem non optabit iam regnans in cœlis? cuius quidem deſideria libenter exaudit Deus, ubi ſine aliqua ruga,& macula ſunt; cum etiam hic, ubi non ſine humanæ ſaltem imperfectionis contagio exiſtebant (cum ſepties in die cadat iuſtus) ea grate ſuſciperet: nam Deum ad preces, & merita ſanctorum maximè reſpicere legimus. In libro etenim regum quarto dicitur. Noluit autem Dominus diſperdere Iudam, propter Dauid ſeruum ſuum. Et ſimiliter tempore Iezechiæ, quando Aſſyrii Iudæam inuaſerant, dixit Dominus per Iſaiam. Protegam urbem hanc, & ſaluabo eam propter me, & propter Dauid ſeruum meum. Atque inſuper propter Abraam, Iſaac, & Iaacob multa bona, & ſuffragia plurima ſuo populo contuliſſe ſæpius Dominus fatetur. Quòd ſi Deus ipſe Hieruſalem protexit; & Iudæam non diſperdit propter Dauid; & beneficia multa eis exhibuit propter patres illos, qui nondum beati erant, quia nondum apertis ianuis in regnum cœlorum tranſeuntes ſummo illo bono potiti fuerant: quid facturi ſunt ſanctiſſimi Apoſtoli, & diſcipuli Domini? quid

[Marginal notes: 1. Theſ. 1. — 2. Cor. 11. 12. — Colo. 1. — Roma. 9. — 4. Re. 8.]

E tot

tot milia martyrum? tot ſancti Patriarchæ, & Epiſcopi, qui magna ſolicitudine, & eximio animarum zelo eccleſias ſuas hic rexerunt? Erunt forſan modo minus feruidi, cum toti in diuino illo radio incluſi, & undique circunfuſi excandeſcant? Erunt modo animarum minus zelantes, cum uero animarum ſponſo perfectè uniantur, & unus ſpiritus cum eo efficiantur? & minori charitate nunc afficientur, cum non iam ex riuulis, ſed ex indeficienti & originali charitatis fonte, quantum uelint, bibant, ſatientur, & inebrientur; ſicut ſcri-

Pſal. 35. ptum eſt. Inebriabuntur ab ubertate domus tuæ, & torrente uoluptatis tuæ potabis eos; quoniam apud te eſt

Apoca. 5. fons uitæ? Hoc etenim & Ioannes Apoſtolus in Apocalypſi affirmat, dum phialas odoramentorum plenas deſcribit, quas ſanctorum orationes eſſe dicebat. Atque idem tam Apoſtoli omnes, quàm Apoſtolorum diſcipuli, & cæteri ſancti Patres teſtati ſunt; & hinc litanias, ſiue ſupplicationes; quæ tum Deo, tum Mariæ uirgini, & ſanctis omnibus fiunt; in eccleſiam introduxerunt. Sancti igitur cælorum ciues ſinguli pro ſedibus ſuis, ut catholicæ fidei reſtituantur, obnixè orabunt. Vt puta diuus Petrus pro Ponto, Bithynia, Galatia, Cappadocia, & Roma: diuus Paulus etiam pro Romanis, Galatis, Corinthiis, & aliis ſuis eccleſiis; & cæteri Apoſtoli pro aliis. Sic Marcus pro Alexandrinis; Lucas pro Antiochenis; Dionyſius pro Athenienſibus; Georgius pro Berytinis; Ioannes Chryſoſtomus pro Conſtantinopolitanis; & ſimiliter alii cæleſtes Principes pro ſuis clientulis intercedent, non minus quàm Dauid, Hieremias, & Onias pro Hieroſolima, & pro Iudæa deprecabantur. Sed additur quoque, ad

hæreſes

hæreſes extirpandas, eccleſiamque reformandam, & ſincera, fide & angelicis moribus decorandam, Angelorum, Archangelorum, & Principatuum omnium auxilium, quorum cuſtodiæ & curæ prouinciæ ſingulæ deputatæ ſunt; ſicut ſcriptum eſt. In unamquanque gentem præpoſuit rectorem; & pars Dei Iſrael facta eſt manifeſta; qui quidem rectores Angeli ſunt regimini prouinciarum deputati, qui ſuper populo ſibi commiſſo ſtrenuè aduigilant, ut in uiam ſalutis æternæ dirigatur, & omnia ab eo impedimenta amoueantur. Nam Daniel angelos pro populo ſibi commiſſo præliari, & orare, dilucidè atteſtatur. Et Iſaias inſuper ait. Super muros Hieruſalem conſtitui cuſtodes; tota die & nocte perpetuo non tacebunt. Vbi (teſte Hiero.) per cuſtodes angeli intelliguntur, iuxta illud Apoſtoli dicentis. Omnes ſunt adminiſtratorii ſpiritus in miniſterium miſſi, propter eos, qui hæreditatem capiunt ſalutis. Et frequens eſt in ſcripturis intelligentia; ut per muros Prælati; & per cuſtodes angeli eccleſiæ rectoribus ſuperintendentes denotentur. Vnde deuotus Bernardus egregiè inquit. Benignus es Domine, qui non es contentus noſtrorum fragilitate murorum, ſed ipſis hominum cuſtodibus angelicã ſuperponis cuſtodiam. Quapropter ſi cuſtodes iſti tota die & nocte perpetuò non tacebunt; certum eſt, quòd laudes cæleſtis Hieruſalem, atque Dei præconia non ſilent; & pro illis, quos in cuſtodiam ſuſceperunt die noctuque orare non deſinunt; ut ad perfectam, & æternam ſalutem perueniant, & ad ſuorum ſubditorum debitam curam intendant; nec non ut ſacris ſuggeſtionibus annuant; eaſque opere perficiant. Vnde Apoſtolus præcisè ait, angelos ipſos

Eccle. 17.
Dan. 10.
Iſa. 26.
Hiero. & Glo. ordi.
Heb. 1.
Bernar.
Hebræ. 1.

ſos propter eos miſſos eſſe, qui hæreditatem capiunt ſalutis. Sic igitur uallata, defenſa, & cuſtodita ſemper fuit, eritque ſancta mater eccleſia; quæ uelut munita ciuitas angelorum, ſanctorumque omnium præſidio, & cuſtodia ſeruatur. Propter quod in Apocalypſi ſcriptum eſt. Vidi ciuitatem ſanctam Hieruſalem, nouam, deſcendentem de cælo, à Deo paratam, ſicut ſponſam ornatam uiro ſuo. Atque eccleſia ipſa non ſolum angelos, & ſanctos alios cuſtodes retinet; ſed & ipſum Chriſtum magni conſilii angelum principalem cuſtodem, & adiutorem habet; de quo in præmiſſo loco Apocalypſis figuratè dicitur. Quòd ciuitas illa habebat murum magnum, & altum; per quem murum Chriſtus denotatur, qui ipſam ſanctam Hieruſalem undique circundat, & contra incurſores dæmones, & prauos homines, & uitia, & hæreſes eam circumquaque defenſat. Nam ſicut muri dicuntur Prælati (ut iam præmiſimus) ita murus ille magnus erit Prælatorum Princeps, Paſtor omnium, atque animarum noſtrarum Epiſcopus, & Seruator Chriſtus Ieſus. Sed præter id quòd munita, & cuſtodita ſit ſancta eccleſia; ex eo quoque fortis eſſe dicitur; quòd unita, & ordinata eſſe denotatur, dum ibi ciuitas; hoc eſt, ciuium unitas; appellatur; nam unita uirtus (ſecundum naturales) fortior eſt, quàm diuiſa; atque ordo ipſe fortiorem ciuitatem, & exercitum ad oppugnandos, expugnandosque hoſtes reddit. Vnde eccleſia ipſa in Canticis terribilis, ut caſtrorum acies ordinata, nominatur; quippe quæ firma ſemper eſt contra hoſtium ſiue dæmonum, ſiue tyrannorum, ſiue hæreticorum impetus; atque tam ſolida manet, ut non ſolum non deficiat; ſed inter ipſos

Apoç. 21. Can. 6.

hoſtium

hoſtium conflictus creſcat magis, magisq; inualeſcat. Itaque contra dæmones ſanctitate & iuſtitia fortis eſt; contra tyrannos fortis eſt patientia; & contra mundi ſapientes tum philoſophos, tum hæreticos diuina ſapientia firmatur. Nam hæc eſt turris illa Dauid cum propugnaculis, ex qua mille clypei pendent, & omnis armatura fortium, non quidem carnalis, ſed ſpiritualis; de qua Apoſtolus loquens ait. In carne enim ambulantes, non ſecundum carnem militamus (nam arma militiæ noſtræ non carnalia ſunt, ſed potentia Deo ad deſtructionem munitionum) conſilia deſtruentes, & omnem altitudinem extollentem ſe aduerſus ſcientiam Dei. Quaſi diceret. Arma hæc ſpiritualia tam potentiam, quàm ſapientiam, ſiue aſtutiam mundi & diaboli deſtruunt; & ſuperbos hæreticorum intellectus humiliant. Vnde ſequitur. Et in captiuitatem redigentes omnem intellectum in obſequium Chriſti. Atque Saluator ipſe de hac eccleſiæ fortitudine dicebat. Super hanc petram ædificabo eccleſiam meam; & portæ inferi non præualebunt aduerſus eam. Hoc eſt, Tam firma erit hæc eccleſia; quòd neque uitia malorum, neque hæreticorum doctrinæ, per quæ homines ad inferos detrahuntur; neque ſpirituales dæmonum nequitiæ, quibus portæ iuſtitiæ contrariantur; neque tormenta, uel blandimenta perſecutorum, quæ perditionis iter oſtendunt, aduerſus illam præualebunt; quia eam nunquam à fide, & charitate Chriſti ſeparabunt. Nam ipſa inſuper eſt domus illa ſapientis ſupra petram ædificata; quæ (iuxta Domini uerba) nec pluuiarum deſcenſu, nec fluminum incurſu, nec uentorum impetu irruente, cadit; quoniam ſuper ſolidiſſimæ ueritatis fundamentum

Cant. 4.

2. Co. 10.
Ephe. 16.

Matt. 16.

Matth. 7.

tum firmata eſt: illam nanque nec pluuiæ mendacis doctrinæ corrumpunt; nec mundanæ laſciuiæ flumina diſſoluunt, neque diabolicarum tentationum, aut inſidiarum procellæ deſtruunt, uel proſternunt. Qua de re Eccleſiam, quæ cuſtodita, quæ una, quæ ordinata, & fortis eſt; eſſe etiam pacificam, conſequens eſt: quia cuſtodita unitas, ordo, & fortitudo pacem inducunt; cum maximè ex fortitudine uictoria procedat; & uictoriam pax ſequatur; quæ uictoria dum (ſecundum Auguſtinum) repugnantium ſubiectio eſſe dicatur, pacem parit: Et quanquam in hac peregrinatione multipliciter & ſæpe, & hac præcipue tempeſtate eccleſia ſua pace turbetur; & quamuis à Leonibus, Lupis, Vulpibus, Apris, & ſingularibus feris de ſilua diaboli exeuntibus exterminata, & uaſtata uideatur dilecta Domini uinea: Licet etiam cum obſtinatis hæreticis iam non proficiat, & ſuo lumine & decore eos illuſtrare non ualeat, qui audacter Deo dicunt. Recede à nobis, iam ſcientiam uiarum tuarum nolumus: unde aliqua medicina eis applicari non poſſit. Nam ut quid cæco collyrium; quid Leproſo ſirupus? quid mortuo medicamen? quidue Leoni humilitas? Lupo ſobrietas? Vulpi ſimplicitas? Sui munditia? quid atrociſſimis feris humanitas? & quid denique inuidentibus, & ambientibus charitas? quia nullum cataplaſma, nullum pigmentum, nullumque antidotum tanto morbo mederi poſſe uidemus. Et licet tandem ſint modo amurca cum oleo; furfur cum ſimilagine; & grana cum paleis admixta: licetque Loth cum ſodomitis; Iob cum ſcorpionibus, & ſtrutionibus; Nicolaus inter diacones; & Iudas Scarioth inter Apoſtolos habitet; atque mali

Augu.

Pſal. 79.

Iſa. 65.

Act. 6. & 24. q. 3. c. quidam. uer. Nicolaitæ.

chriſtia

chriſtiani, hæretici, & infideles cum piis, & fidelibus miſceantur: attamen ignis tribulationum accenſus filios Leui purgabit, colabitque eos; ut purum aurum Hiere.1. remaneat, & ſcoria recedat, & foras eiiciatur; utque fideles & deuoti Chriſti cultores ſacrificia in iudicio, & iuſtitia Domino offerant; & arrogantium hæreticorum, & malignorum conſummatio, & exterminatio fiat. Nam etſi aliquandiu mendacium præualeat, ut uitium purgetur; atque in pluribus membris fermentata, falſaque eccleſia contra ueram pugnet, & eam uexare & humiliare uideatur; cum ſuis peſſimis priuignis (uelut tumens nouerca) ſeſe exaltare, & ſedem ſuam ad aquilonem (à quo quidem omne hæreſum, & uitiorum malum iam pãditur) collocare, & firmare ſtudens: ipſa tamen Chriſti ſponſa, uera, & legitima eccleſia in ſpiritu humilitatis reſurgens, ad primæuum ſuum initium (Chriſto fauente) iam tribulationibus, & preſſuris illuſtrata & dealbata, atque à fecibus defecata puriſſima redibit. Et quamuis inſuper quartus ille equus pallidus (de quo in Apocalypſi legitur) iam diu inter Apoc. 6. fideles cucurrerit; hoc eſt triſtis illa hypocriſis Lutheri, & ſpuriorum illius dilecta mater; quippe quæ duplici uita uiuens, corpore in cælis habitare uidetur; cum nihilominus tota in terris proſtrata terrenis affectibus moriatur. Hæc nanque diuinæ ſimplicitati contraria; duplicitatis mater, ſoror mendacii, & diaboli ipſius mendacii patris propria filia eſt: hæcque honoris auida; in ſe & in aliis uana & infructuoſa; doli artifex; martyr diaboli; maligna bonorum æmulatrix; correctrix omnium, ipſa incorrigibilis; intus arida, extra deuota; compta meretrix; fucata ſpurcitia; tinea ſan-

ctitatis; uermis eccleſiæ eam inſenſibiliter quodammodo depaſcens, illiusq́ue uitalia conſumens; ornatum ſepulchrum; inflata uipera; antrum dæmonum; fomentum peccati, ſemperq́ue peccans; perditionis præcurſor; negatio naturæ; blaſphemia ueræ uitæ; nutrix Phariſæorum; comes Scribarum; Ananiæ, Saphyræ, Herodisq́ue pediſequa; atque totius euangelicæ puritatis capitalis inimica eſſe perhibetur. Et licet etiam equus iſte modo peramplius recalcitret, quia modicum tempus habet; qui quidem carnalis imperii principatum tenens, ſanctam eccleſiam in præcordiis ſuæ charitatis, & unitatis; pacis & pietatis; atque munditiæ, & caſtitatis ſagittare non ceſſat; & dum eam (ut ueneno ſa & crudelis uipera propriam genitricem) impiè ſcindit, ſe filium eius uocat; atque dum inimicitias diſſimulat, plus eam domeſticè, quàm barbari & infideles hoſtes notoriè impugnat; nam cum eam oſculatur, tunc gladio transfigit; & cum ſalutat, perdere ſatagit. In hac tamen controuerſia, in tanta duplicitate, uerſutia, uarietate, & errorum caligine lux lucet electis, & chriſtianarum ac realium uirtutum amatoribus in hac regione umbræ mortis habitantibus; qui quidem de manu Domini non rapientur; & dilectam matrem ex ſpuriorum improbitate quaſi ſterilem factam, propter adulteram & fæcundam nouercam, non dimittent; atque patris pudenda recooperient; quia filii legitimi, pudici, uerique Sem, & Iaphet ſucceſſores ſunt; quique ut myſticæ aquilæ filii (hoc eſt Chriſti alas ſuas in cruce ſuper eos extendentis, & immaculatæ & regulatæ uitæ exemplo ſuper eos uolitantis) cum corpore ipſius Chriſti (quod eſt eccleſia) congregati firmiter permanent;

manent; ſicut ſcriptum eſt. Vbicunque fuerit corpus, illuc congregabuntur & aquilæ. Quamobrem nos, qui tales Sanctæ Romanæ Eccleſiæ matris noſtræ legitimi filii eſſe fatemur, & uolumus, ſpiritu mentis noſtræ renouari, & omnia ea remouere tenemur; quibus diuinam bonitatem offendi poſſe arbitramur: atque toto cordis affectu humiliati, tum pro chriſtiani populi reformatione; tum uero pro hæreticæ perſecutionis liberatione, atque pro omnimoda hæreſum extirpatione, ad Dominum & Redemptorem noſtrum ſupplices cum Dauid clamare debemus. Qui regis Iſrael intende, qui deducis uelut ouem Ioſeph; qui ſedes ſuper Cherubim, manifeſtare coram Effraim, Beniamin, & Manaſsè. Excita potentiam tuam & ueni, ut ſaluos facias nos; Domine Deus uirtutum, quouſque iraſceris ſuper orationes ſeruorum tuorum? cibabis nos pane lachrymarum, & potum dabis nobis in lachrymis in menſura; poſuiſti nos in contradictionem uicinis noſtris, & inimici noſtri ſubſannauerunt nos. Deus uirtutum conuerte nos, & oſtende faciem tuam, & ſalui erimus. Vineam de Aegypto (ideſt, Eccleſiam tuam de Iudaica obſcuritate, & cæcitate) tranſtuliſti; eieciſti perfidas, obſtinataſque peruerſæ Sinagogæ gentes, & plantaſti eam; dux itineris fuiſti in conſpectu eius, & plantaſti radices eius, & impleuit terram; operuit montes umbra eius, & arbuſta eius cedros Dei; extendit palmites ſuos uſque ad mare, & uſque ad flumen propagines eius. Vt quid Domine deſtruxiſti maceriam eius, & uindemiant eam omnes qui prætergrediuntur uirtutis, & ſalutis uiam? exterminauit eam aper de ſilua, & ſingularis ferus (hoc eſt, Martinus Lu-

Matt. 24. Luc. 17. Pſal. 79.

therus, cum cæterorum hæreſiarcharum, & hæretico-
rum turma) depaſtus eſt eam: Deus uirtutum conuer-
tere, reſpice de cœlo, & uide, & uiſita uineam iſtam; &
perfice eam, & refoue, & reſtaura eam Domine, quam
plantauit dextera tua; & ſuper filium hominis, quem
Pſal. 43. confirmaſti tibi. Eia quare obdormis Domine? exur-
ge, & ne repellas in finem; quare nunc faciem tuam a-
uertis? obliuiſceris inopiæ noſtræ, & tribulationis no-
ſtræ? Nunquid tu qui omnia proſpicis, anguſtiam, &
tribulationem eccleſiæ tuæ dilectiſſimæ non uides? cæ-
tera omnia tua admirabili prouidentia protegis, & gu
bernas, & ſolam hanc, quæ tibi tam chara eſt, derelin-
ques? obliuioni forte ſponſam tuam, Domine, tradi-
diſti? non illam cognoſcis? non eam diligis? non ne
hæc ſponſa illa tua eſt, pro qua in uirgineum uentrem
deſcendiſti, & humanam carnem aſſumpſiſti? pro qua
tot opprobria, perſecutiones, irriſiones, & flagella ſu-
ſtuliſti, & ſanguinem totum in cruce effundere uolui-
ſti? & cui denique labores omnes, dolores, uitam, me-
rita, & præmia contuliſti? quamque deſponſaſti fide,
dotaſti gratia, decoraſti uirtutibus, & gloria ſublima-
ſti? Quam ergo tanti emiſti; quam ſic ditaſti, & hono-
raſti, reſpice, uiſita, & ab omni malo libera; inimicosq́;
illius erectos, obcæcatosque humilia, illumina, & con
uerte. Et ſi adhuc ipſi nihilominus omne conſilium, &
omnem gratiam tuam à ſe repellunt; uiarum tuarum
ſcientiam ſcire nolunt; & uenena ſua etiam nunc dif-
fundere intendunt; fac illis Domine ſicut Madian, &
Pſal. 82. Syſaræ, & ſicut Iabin in torrente Cyſon; pone Princi-
pes eorum ſicut Oreb, & Zeb, & Zebee, & Salmana;
omnes Principes eorum, qui dixerunt; hæreditate poſ-
ſideamus

ſideamus ſanctuarium Dei; Deus meus pone illos ut rotam, & ſicut ſtipulam ante faciem uenti; ſicut ignis qui comburit ſiluam, & ſicut flamma comburens montes; ita perſequeris illos in tempeſtate tua, & in ira tua turbabis eos; imple facies eorum ignominia, & quærent nomen tuum Domine; erubeſcant, & conturbentur in ſæculum ſæculi, & confundantur, & pereant. Nos uero omnes Sanctæ Romanæ Eccleſiæ piæ, ueræq; matris noſtræ legitimi filii, beneficia Chriſti interim conſiderantes, in nobis, & in aliis (inquantum facultatis, & muneris noſtri ſit) eccleſiæ reformationem requirere; tum occulta; tum uero manifeſta mala corrigere; atque perplurimum Deo gratæ animarum curæ ſummam uigilantiam, ſummamque diligentiam adhibere; ipſius Dei beneplacito totis animæ, & corporis uiribus gratos nos reddere; ſuauique eiuſdem iugo colla libenter ſubmittere; & in uinea eccleſiæ fideliter, deuotè, ac perſeueranter elaborare ſtudeamus.

AD STVDIOSVM, ET PIVM LECTOREM EIVSDEM AVTHORIS

PRAEFATIO.

TAMETSI multa ſint, quæ in ſacroſancto œcumenico, atque orthodoxo Tridentino Cõcilio ſuperioribus, annis celebrato, irrefragabilibus tũ rationibus, tũ authoritatibus piè, & catholicè tractata ac definita cẽſeamus, atque ad chriſtianæ reipublicæ frugem, & decorem quàmmaximè profutura ſciamus: attamen quia inter cætera, quæ uniuerſali Eccleſiæ, perturbatoq́; Chriſti gregi in hac noſtra miſerrima tempeſtate, hæreſumq́; teterrima colluuione conferre poſſint, nota Prælatorum authoritas, rectumq́; eorum regimen, & cura; atque è conuerſo exacta, & humilis ſubditorum reuerentia, & obedientia eſſe conſtat; quibus in militanti ad triumphantis Eccleſiæ ſimilitudinem hierarchichus

chichus ordo ſeruatur, iſq; in omni tam terreſtrium, quàm cœleſtium creaturarum natura, & ſtatu, tam ad earum eſſentiam, quàm ad perfectionem, ac conſeruationem requiri palam eſt: ea de re hoc unum mihi ſemper cordi fuit, ut ijs præſertim prouida catholicorum & peritiſſimorum Patrum manus preſtò eſſet, mentiſq; acies perſpicua intenderet, quorum occaſione hæretici quiq; contra ſanctam Matrem Eccleſiam, illiuſq; miniſtros blacterare, & ſuis maledictis, & ſannis obloqui non deſiſtunt; & ipſe quoque chriſtianus grex offendicula ſumere ſolet; ut, ſcilicet, illis ex noua caſtrorum Chriſti acie ordinata ora trudantur, ſimulq; infirmæ puſillorum conſcientiæ non percutiantur, ſed potius leniantur, fulciantur, & ædificentur: nam ſicut deſiccata radice palleſcunt folia, & fructus marceſcunt; & ægro ſtomacho, & capite langueſcente, membra cætera tabeſcunt; ita prælatorum, & maiorum regimine, exemplo, uirtute, & chriſtiano zelo deficiente, ſubditorum torpor, deſidia, & uitiorum ſeminaria 1.Cor.8. Matth.7. 6.q.1.ex merito. De uoto, & uo. re. c.magnæ.

omnia

omnia magis in dies germinare non ceſſant. Et quia in ipſa paſtorali cura utriuſque clauis principatus à Chriſto ſuis uicarijs, & prælatis in terra traditus eſt, atque omnes in
Matth. 5. *eos, uelut in luminaria eccleſiæ, in ciuitatem ſupra montem poſitam, & in Epiſcopos alijs ſuperintendentes, atque ſupereminentes reſpiciunt: idcirco tractatum hunc ad eos dirigere, mentiſq; oculos conuertere curauimus, à quibus chriſtianæ ſalutis, & perfectionis miniſterium tum uerbis, tum moribus exhibitum expectatur: in quo quidem tractatu, tam illorum authoritatem, quàm debitum munus exprimimus; dum de Epiſcoporum ordine, iuriſdictione, & reſidentia; ad Dei honorem, & Eccleſiæ utilitatem; breui compendio ſermonem exaramus.*

TRACTATVS DE ORDINE; IVRISDICTIONE; ET RESIDENTIA EPISCOPORVM.

FR. ANTONII PAGANI VENETI; mino. obſeruantiæ.

De duplici, hoc eſt, interno, & externo Sacerdotio, & Regno.

SECTIO PRIMA.

QVI iam in cœlis diuinæ poteſta
tis iugum de erecta ſua ceruice
conabatur excutere, diuinum iu
dicium uſurpare, & ſedem in a-
quilonari regione ſibi conſtitue Iſa. 14.
re, cum ibi totius ſuæ malignita
tis, & ſui ambitioſi effectu deſi- Luc. 10.
derii fruſtratus fuiſſet, & in per-
petuum exilium relegatus; non ceſſauit ſemper id in Apoc. 10.
ſuis complicibus tentare in terris, quod in cœleſti pa-
tria indebitè concupiuerat. Vnde ut ſuum babiloni-
cum regnum in mundo conſtitueret, omni tam tempo-
rali, quàm ſpirituali authoritati & iuriſdictioni contra
ire nunquam ceſſauit. Qua de re quod ſuperioribus ec
cleſiæ temporibus eueniſſe in hiſtoriis legimus, illud
quoque peramplius in hac miſerrima noſtra tempeſta-
te, & ferrea, imò lutea ætate ipſis oculis adeſſe cerni-
mus, & experientia docemur; perpetuum (ſcilicet)
hunc

hunc omnium apoſtatarum diaboli, perfidorumq; hæreticorum fuiſſe morem, atque eos omnes in hoc unô tantum conſentire, ut eccleſiæ aduerſentur, & hierarchicum illius ordinem & authoritatem deſtruāt,& decorem fœdent: in reliquis uero nunquàm concordent, ſed à ſe inuicem ſemper diſcrepent; ſicut Origenes metaphoricè ſignificàuit dicens, quòd iſti colligauerunt
Iudi.15. caudas ſicut uulpes Samſonis, quæ quidem capita à ſe mutuo auertentes, & ſeſe inuicem diſtrahentes huc il-
Tertul. luc uagabantur. Nam ſic & eccleſiæ hoſtes fecerunt, quos hoc ſemper maximo ſtudio quæſiuiſſe uidemus, ut ordinem & poteſtatem de eccleſia tollerent, ex ſacerdotibus laicos facerent, & ſacerdotalia munera ipſis laicis iniungerent; quo quidem facto nil aliud agunt, quàm ut legitima miniſtrorum poteſtate gratiam coniunctam habente ſublata, tam ſacramenta, quàm alia omnia quæ in eccleſia miniſtrorum illius opere peraguntur, euileſcere faciant; qua doctrinæ peſte nihil in eccleſia Dei peſtilentius ſeminari poterat. Vulpes autem iſtæ, quæ caudas ſimul colligatas habuerunt, ut meſſem Domini incenderent, & omnem eccleſiæ ordinem, poteſtatemque deſtruerent, iam fuerunt
Augu. de hære. c. 53. Aerius arrianæ perfidiæ ſequax; Vuitcleph; & Lutherus, qui omnes in hanc iniquam ſententiam conuenerunt; & qui eorum poſterior fuit, deterior priori ſemper extitit. Nam Aerius epiſcopalem tantum dignitatem ſiue ordinationem impugnauit, nullam eſſe dicens
Th. Vualdē. in ſuo doctrinali fi. Dei antiquæ. To. 1. lib. 2. ar. 3. c. 60. inter epiſcopum, & præsbyterum differentiam: Vuitcleph duos tantum, præsbyterii, ſcilicet, & diaconatus ordines eſſe affirmauit; qui quidem duo hæreſiarchæ, quia epiſcopatum aſſequi non potuere, illius propte-
rea

rea dignitatem, & eminentiæ gradum ſe contemnere ſimularunt. Lutherus uero ſimul omnes ordines reiicit, atque ordinem eſſe ſacramentum denegat. Vt autem hi filii diaboli, & ambitioſi Luciferi ſectatores tam pernitioſum dogma cæcis, & curioſis mentibus propinarent, & plebeiam, carnalem, & ſuperbam turbam ſuo ueneno inficerent, eique ſuaderent nullum eſſe ſacerdotii diſcrimen, nullamque dignitatis præeminentiam, imò omnes ex æquo præsbyteros eſſe, omnes eandem habere poteſtatem; ordinem nihil aliud eſſe, quàm ritum quendam concionatoris in eccleſia eligendi; & uerbi Dei & ſacramentorum miniſterium non niſi laicorum conſenſu committi; iam plures ſcripturæ authoritates huc detorſerunt. Et in primis adducunt quod Petrus Apoſtolus cunctis chriſtianis loquens ait. Vos autem genus electum regale ſacerdotium, gens ſancta, populus acquiſitionis. Et rurſus idem affirmari aſſerunt per uerba Apocalypſis dicentia. Qui dilexit nos, & lauit nos à peccatis noſtris in ſanguine ſuo, & fecit nos regnum, & ſacerdotes Deo. Et iterum dicitur. Redemiſti nos in ſanguine tuo ex omni tribu, & lingua, & populo, & natione, & feciſti nos Deo noſtro regnum, & ſacerdotes, & regnabimus ſuper terram. Et per Apoſtolum quoque Paulum idem approbare conantur ad Corinthios dicentem. Etenim in uno ſpiritu omnes nos in unum corpus baptizati ſumus, ſiue Iudæi, ſiue gentiles, ſiue ſerui, ſiue liberi; & omnes in uno ſpiritu potati ſumus. Vnde non deſunt Sathanæ argumenta ex diuinis ſcripturis detorta non ſolum de adæquato, ſed etiam de profanato, & abrogato ſacerdotio, quibus imperitis, arrogantibus, & carnalibus tenebras

1.Pet.2.

Apoc.1.

Apoc.16.

1.Cor.12.

nebras effundit, ut in errorem inducat etiam, ſi fieri poſ ſit, electos. Sed quantum iſti à ueritate aberrent, quis non uideat? & quis tam rudis ingenii eſt, qui ſi ſcripturas ipſas cogitet, hæc diabolica figmenta non facile ſoluat? Nam in ueteri lege non ne ſcriptum ſimi
Exo.19. liter reperitur, & filiis Iſrael dictum? Vos eritis mihi re gnum ſacerdotale, & gens ſancta. Et non ne propheta
Pſal. 81. ait? Ego dixi, Dii eſtis, & filii excelſi omnes. ubi Dii ſa
Exo.22. cerdotes ſiue iudices denotant. Quid ergo? num ideo ſæculo illo nullum fuit ſacerdotium ſecundum ordinem Aaron, & nullum ſuperiorum iudicium? & num ideo nullum inter plebem, & ſacerdotes diſcrimē fuit? Certe uerbum Dei manet in æternum, & ſcripturæ uerba ſpiritus ſancti uerba ſunt, quæ nec fallere, nec falli poſſunt. ſed ſi ex uerbis illis hoc intelligere uelim, quòd omne ſit ſuperiorum iudicium, omneque ſacerdotium ablatum, & omnis Prælatorum differentia pro
Rom.13. hibita ſit; hoc ſanè à Deo eſſe non uidetur, quia confu ſa res eſt, & ſine ordine; quæ autem à Deo ſunt (teſte Apoſtolo) ordinata ſunt. Et ideo Luciferi machinatio hæc eſt, qui diuina cum humanis confundere, qui cœlum terræ, qui ſacra profanis, quique ſurſum, & deorſum omnia miſcere conatur: & quia conatibus iſtis ſe
Canti.6. opponit caſtrorum acies (hoc eſt, fidelium eccleſia) ordinata, quæ non alio nomine ſibi magis terribilis eſt, & oppoſita, quàm quòd ordinata ſit: propterea is in hoc totus eſt, in hoc omnes curæ, & cogitationes ſuæ, & ſatellitum, & ſequacium ſuorum inſumuntur; ut ex ea ordinem omnem tollere poſſint. Quapropter non hoc in nouo, uel ueteri teſtamento continetur; non hoc per Paulum, neque per Ioannem Chriſti Apoſtolos ſpi

ritus

ritus ſanctus locutus eſt: nec etiam per prophetam ſuum Moſem hæc olim Deus docere unquam uoluit, ſicut iſti uellent. Nõ enim Dominus præmiſſis uerbis nobis ſignificauit, quòd cuiuis de fece uulgi, cuiuis baiulo, cerdoni, & carnifici, atque ſimilibus, prædicare, conſecrare, baptizare, abſoluere, ſacra facere, regere, iudicare, & quocunque alio reconciliationis, uel prælationis miniſterio fungi liceat; atque ſic totus mundus ambitione, diſſenſione, & confuſione conuoluatur; quia Sathanæ opus hoc eſt; Deus autem pacis, & non diſſenſionis Deus eſt: ſed iis uerbis nobis per Chriſti Apoſtolos exprimitur, quòd qui corpori Chriſti per baptiſmalem gratiam inſiti ſunt, rectius, & rationabilius genus electum, & regale ſacerdotium uocantur; quàm Hebræi, qui tantum in nube, & in mari figuratè baptizati fuerant, quiq; non aliunde magis gloriari ſolebant, quàm quòd ſecundum carnem ex Abraam propagati eſſent, qui neque rex, neque ſacerdos fuit: nam nos Chriſti membra effecti, qui æternus ſacerdos ſecundum ordinem Melchiſedech, & rex regum, rex manſuetus, & rex ſaluos faciens dictus eſt, præ illis multo melius id, per iam nobis exhibitæ paſſionis Chriſti uirtutem, & meritum, uendicare ualemus; cum præſertim ipſi etiam, quibus omnia in figuris contingebant, per promiſſam Chriſti paſſionem idem ſibi uendicaſſent; ſicut præallegata Moſi uerba intelliguntur. Vnde de quodam interiori, & ſpirituali ſacerdotio præmiſſæ authoritates exponũtur. Et ſic Didymus; ſic Baſilius; ſic Oecumenicus; ſic Beda; ſicque Rabanus loca illa ſcripturarum interpretantur. Et Auguſtinus quoque ſuper uerbis Apocalypſis ait. Quòd autem, cum dixiſſet, in iſtis ſecunda mors

Eſa. 9. 1. Co. 14. 2. Co. 13. Zacca. 9. 2. Co. 11. Ioan. 8. Pſal. 109. Zac. 9. Matt. 21. 1. Tim. 6. Apoc. 19. 1. Cor. 10. Baſi. de baptiſmo. ſer. 2. c. 8. Raba. de ſacra. ali a. c. 24. Augu. de ciui. Dei. lib. 20. c. 10.

non habet poteſtatem, adiunxit, atque ait. Sed erunt ſacerdotes Dei, & Chriſti, & regnabunt cum eo mille annis; non utique de ſolis epiſcopis, & præsbyteris dictum eſt, qui propriè iam uocantur in eccleſia ſacerdotes; ſed ſicut omnes chriſtianos dicimus propter myſticum chriſma; ſic omnes ſacerdotes, quoniam unius
1. Pet. 2. ſacerdotis membra ſunt: de quibus Apoſtolus Petrus; Plebs (inquit) ſancta, regale ſacerdotium. Quapropter, ſcripturas de duplici ſacerdotio, & regno loqui, nos fateri oportet: nam unum eſt internum & ſpiritale, quod omnibus piis chriſtianis cõmune eſt, qui Chriſti ſummi ſacerdotis ac regis membra per baptiſmalem unctionem & gratiam ſunt effecti. Nam poſtquam Apoſtolus Petrus in præmiſſo loco oſtendit Chriſtum eſſe regem & ſacerdotem, uerba illa ſubiungit dicens. Vos eſtis genus electum &c. Patre ſiquidem eorum utrunque habente principatum, neceſſe eſt eos tanquam ex rege regale; & tanquam ex ſacerdote ſacerdotale genus eſſe. Vnde diuus Hieronymus contra Luciferianos loquens, baptiſmum ipſum, quo ſummo ſacerdoti Chriſto unuſquiſque gratia mediante coniungitur, ſacerdotium laicorum appellabat: ita quòd omnes chriſtiani (quia unum corpus cum ipſo capite Chriſto per gratiam facti ſunt) hac ratione ſacerdotes ſunt, ſed ſpirituales; nam ſtatim ut quiſque baptizatus eſt, ex filio iræ Dei filius efficitur, atque inde fiduciam accipit orandi, ac leuandi puras manus ad Deum, ut præceptis ſalutaribus monitus, & diuina inſtitutione formatus confidenter dicat. Pater noſter qui es in cœlis: & unctione ſpiritus ſancti accepta, atque interiori teſtimonio ipſius audito, quòd filius Dei ſit, clamet. Abba Pater. Et hinc

Sacerdotium internum.

Didymus Alexãdrinus in expoſitione ſuper Epiſtolas cano.

1. Tim. 2.

Matth. 6.

Rom. 8.
Gal. 4.

hinc eſt, quòd quemadmodum Chriſtus ſe hoſtiam Patri obtulit in odorem ſuauitatis; ita chriſtianum oportet corpus ſuum (iuxta Apoſtoli dictum) hoſtiam uiuentem, ſanctam, Deo placentem exhibere; & ſpiritualia ſacrificia, hoc eſt, thus orationum, labiorum uitulos, ſpiritum contribulatum, mortificata membra, caſtificatos ſenſus, & pietatis, & fidei opera, in altari proprii cordis illi offerre; atque ſic imagini filii Dei conformem fieri. Et hoc eſt ſpiritalis huius ſacerdotii miniſterium; quod omnibus commune eſſe decet, & chriſticola quiſque in ſeipſo, & erga ſeipſum habere debet; ſicut Apoſtolus docet, qui tales nos eſſe ſacerdotes, & hæc congrua ſacrificia offerre nos ſæpius monet; & præſertim dum in epiſtola ad Roma. ait. Fratres obſecro uos per miſericordiam Dei, ut exhibeatis corpora ueſtra hoſtiam uiuentem, ſanctam, Deo placentem, rationabile obſequium ueſtrum. Hoc autem ſpiritualis ſacerdotii miniſterio; ſiue debito ipſius uſu; nō quo ad baptiſmi characterem; ſed quo ad acceptam ipſius gratiam gratum facientem, pro quouis mortali peccato priuamur; cum per peccata (quæ inter nos & Deum noſtrum diuidunt) ab ipſo primo ſacerdote, & capite Chriſto, ut abſciſſa membra, ſeparemur, & ſic nos ipſos hoſtiam ſanctam, Deoque placentem non offeramus: illudque ſalubre miniſterium non aliter recuperamus, niſi cum per ueram pœnitentiam reſipiſcimus, & per diuinam gratiam denuo cum ipſo Chriſto coniungimur. Sed huiuſcemodi ſacerdotium non eſt gradus, nec ordo, nec officium, nec poteſtas, aut miniſterium in eccleſia: idque porrò in puero, in muliercula, & in ſimplici uiro (eo reſpectu, quo dictum eſt) aliquando

Rom. 12.

Rom. 5.

Rom. 11.

do præſtantius, & dignius eſſe dicitur, quàm in multis epiſcopis, atque in ipſo Pontifice; in quibus nullus quandoque talis ſacerdotii uſus reperitur, cum eos in mortali peccato eſſe contigerit. Vnde & Ambroſius de hoc ſacerdotio dicebat. Quid hoc ad populum, ſi uirga ſacerdotis aruerat, & refloruit? populus ipſe quid eſt, niſi ſacerdotalis? quibus dictum eſt? Vos autem genus electum, regale ſacerdotium; ut Petrus ait. Vnuſquiſque enim ungitur in ſacerdotium, ungitur in regnum; ſed ſpiritale regnum eſt, & ſpiritale ſacerdotiũ.

Ambro. de ſacra. lib. 4. c. 1.

1. Pet. 2.

Sacerdotium externum.

Deinde uero alterum in eccleſia ſacerdotium externũ eſt; quod quidem certis perſonis per conſecrationem, perque manuum impoſitionem communicatur ab Epiſcopis, indelebilem characterem in anima eius, qui ſacerdotio initiatur, imprimentibus: qui quidem character ſecundum eſſentiam à clauium poteſtate non diſtinguitur. Et de hoc ſacerdotio Dominus ſæpe tractauit; cum, uidelicet, ſuper corpus ſuum uerum; & cum inſuper ſuper corpus ſuũ myſticum; quod eſt eccleſia; diſcipulos ſuos miniſtros conſtituit. Nam tum in ultima cæna corpus ſuum conficiendi, diſpenſandiq́; tum poſt reſurrectionem ſuam prædicandi, docendi, baptizandi, peccata remittendi, atque iudicandi poteſtatem illis contribuit. Atque de eodem ſacerdotio Apoſtolus ſæpius locutus eſt; cum Timotheo gratiam, quam per impoſitionem manuum præsbyterij acceperat, commẽdat: & alibi manuum ſuarum impoſitionem commemorans idem replicat. Et ad Titum, ut per ciuitates presbyteros conſtituat cum inſtantia ſcribit. Horum autem ſacerdotum opera, & functio in militanti eccleſia maximè neceſſaria eſt; neque (ut de alio ſacerdotio præmiſimus)

Luc. 22. & 24. Ioan. 20. Marc. 16. Matt. 28. 1. Tim. 4. 2. Tim. 1. Ti. 1.

ſimus) ſi quando hi ſacerdotes mortaliter peccent, à Deo huius ſacerdotii uſu priuantur; adeo ut ipſius ſacrificia Deo placentia offerre non ualeant; ſicut Vuitcleph erroneè putauit: nam huiuſmodi ſacerdotium, cum non, ſicut illud, ſit gratia gratificans; ſed officium, dignitas, gradus, ac denique gratia gratis data; cumq; ſit indelebilis character in anima impreſſus, nullo modo per quodcunque mortale peccatum, neque quò ad eſſentiam, neque quò ad uſum deletur; & in iis, quæ ordinis ſunt, quamuis etiam ſacerdos ipſe per quamlibet canonicam pœnam à ſuo miniſterio deiiciatur, ſiue omnino degradetur, charactere illo nunquam deſtituitur; ut in poſterum latius dicemus. Vnde diuus Auguſtinus in epiſtola contra Parmenianum, ſacrum ordinationis inſtitutum cum ſancto baptiſmate (quo ad eorum eſſe) comparans, utrunque quadam conſecratione homini dari affirmat; ideoque in eccleſia catholica non licere utrunque iterari. Non obſtat uerò, quòd apoſtatæ iſti arroganter dicant, Auguſtinum, in uniuerſali loquendo, claues eccleſiæ datas eſſe dixiſſe; atque ideo laicos etiam in ſuis uerbis comprehendiſſe: quoniam, non ut fidelium omnium communitati (quia erroneum, & inordinatum eſſet, ut oſtendemus) ſed ut eccleſiæ in ſacerdotibus, & Epiſcopis (tanquam in principalioribus ipſius eccleſiæ membris) datæ ſunt; quippe qui (ut Apoſtolus ait) miniſtri Chriſti, miniſteriorumque Dei diſpenſatores exiſtunt. Vnde inquit Hieronymus, quòd iudiciariam poteſtatem habent omnes Apoſtoli, & habet etiam omnis Eccleſia in Epiſcopis, & præsbyteris. Quapropter, ſicut id ciuitati attribui ſolet (ait Philoſophus) quod optimates & principa les

Auguſtinus in Epiſto. cont. Par. lib. 2.

Idem Augu. de do. Chriſti. c. 14. & de ago. chriſtia. ſuper Ioan.

1. Cor. 4.

Hiero. in Matthæū. c. 16.

lib. æthi. 9.

7.q.1. Nouatianus 24.q.1. quodcunque 1.q.1. remiſsionem. les agunt: ita quod ſacerdotes, & Epiſcopi faciunt, (qui in eccleſiaſtica republica principales, & optimates ſunt) eccleſiæ rectè tribuitur: atque ſic eccleſiæ claues datæ ſunt. Et eccleſiæ quoque traditæ dicuntur reſpectu unitatis, & charitatis eccleſiæ fidelium, ſecundum quam quiſque in eccleſia ordinatus talia iure agere poteſt, quæ ad eccleſiæ claues pertinent. Aliter uerò quammaxima in eccleſia ambitio, & confuſio ſubſequeretur; ut ſupra meminimus. Præterea ſicut de duplici ſacerdotio diximus; ita etiam de duplici regno locuturi ſumus; hoc eſt de ſpirituali, & temporali, interno, & externo. Vnde omnes chriſtiani eadem ratione reges ſunt, qua & ſacerdotes appellantur: nam ſicut Chriſtus à Deo rex potentiſſimus conſtitutus eſt, qui carnē, mundum, & diabolum deuicit; ita chriſtianos, per Chriſtum in eis regnantem, omnes carnis, mundi, ac diaboli tentationes, illecebras, & inſidias uincere oportet.

De conſe. diſt.4. Eccleſiæ charitas.

Regnum internum.

Matt.3.4.5. Luc.17. 1. Theſ.2. Rom.8. Iaco.2. Sicque reges à regendo paruum hunc corporis, & animæ noſtræ mundum appellamur, utpote quibus cœlorum regnum promittitur; atque cum intra nos in gratia Dei exiſtentes regnum eius ineſſe dicatur, meritò regali ſchemate decoramur: propter quod Apoſtolus nos hæredes, & reges regni cœlorum appellat. Vnde & ſacerdotes, & reges ex præallegatis Apoſtolorum Petri, & Ioannis uerbis rectè nominamur, & ſumus. Sed ultra hoc ſpirituale, & internum regnum (ut de ſacerdotio diximus) externam quandam adminiſtrationem, quæ à ſuperiori poteſtate proficiſcatur, eſſe oportet, unde regna & imperia conſtituantur; quorum quidem poteſtatem euangelica doctrina non abrogat, ſed confirmat; atque Apoſtolus ad Romanos ſcribens idem approbat.

Regnum externū.

Matt.22. Rom.3.1.

approbat. Et non eſt ſanè hæc intelligentia, & diſtinctio abſurda, uel recenter inuenta, cum iam etiam in ueteri teſtamento præfigurata atque expreſſa nobis fuerit; nam hoc eodem modo ſcriptura ſacra utrunque ſacerdotium, & utrunque regnum Sinagogæ attribuit: ſiquidē unico uerbo de interno ſacerdotio & regno uniuerſis Iudæis in Exodo à Deo dictum eſt. Si audieritis uocem meam, & cuſtodieritis pactum meum, eritis mihi in peculium de cunctis populis, & in regnum ſacerdotale, hoc eſt, ſpirituale, & internum. De externo autem ſacerdotio & regno in multis ſcripturæ locis legimus, cum unctionem Saul, Dauid, & aliorum plurimorum regum Deus præceperit; & ſacerdotium Aaron, & aliorum ſacerdotum de tribu Leuitica ordinauerit; qui Moſi dixit. Aaron, & filios eius unges, & ſanctificabis eos, ut ſacerdotio fungantur mihi. Quod quidem ſacerdotium nemini ſibi ſumere licebat, ſed magis ex diuina uocatione pendebat; & inde eſt, quòd Dathan, Chorè, & Abiron ſe propria authoritate ſacerdotio ingerentes, uiui ex terræ hiatu abſorpti ad tartara deſcenderunt. Similiter & Oza ſubita morte à Domino ob id percuſſus eſt, quòd ſui officii fines excedens, manum arcæ Dei, ne caderet, ſubmiſiſſet; atque inſuper Ozias functionem ſibi ſacerdotalem uſurpans, increpatusque ab Azaria, & reliquis Dei ſacerdotibus non deſiſtens, lepra in fronte percuſſus eſt. Qua de re etiam in noſtra eccleſia eadem omnino ratione, præter internum illud ſacerdotium, aliud quoque externum eſſe (ut prædiximus) neceſſe eſt, quod legitima ordinatione, & cum ſigno quodam uiſibili, non ſine ſpiritali gratia, in eccleſia Dei conferatur. Nam noſtrum ſacerdotium illo le-

Exod. 14.
Exod. 28.
Heb. 5.
Num. 16.
2. Reg. 6.
2. Par. 26.
Cypria.

gali ſacerdotio uilius non eſt. Vnde ſi illud ſolis Aaron, & filiis eius delegatum fuit; nec noſtrum, niſi ſolis iis, quibus committitur, & qui legitimè ordinantur, competere debet. Ait enim Apoſtolus. Vos eſtis corpus Chriſti, & membra de membro. & quoſdam quidem poſuit Deus in eccleſia, primum Apoſtolos; ſecundo prophetas; tertio doctores; deinde uirtutes; exinde gratias curationum, opitulationes, gubernationes, & reliqua. Ex quibus uerbis tum regimen animarum, tum diſtincti in eccleſia ordines denotantur: unde ibi ſequitur. Nunquid omnes Apoſtoli? nunquid omnes prophetæ? nunquid omnes doctores? &c. At uerò reſpondent babilonici iſti, quòd imò omnes Apoſtoli; omnes prophetæ; omnes doctores; &c. atque ita apoſtolicis uerbis contradicentes, pſeudo apoſtolos ſe eſſe probant. Præterea Apoſtolus ipſe ad Hebræos loquens, ait. Nec quiſquã ſibi ſumat honorem, ſed qui uocatur à Deo tanquam Aaron. Et ad Timotheũ; & ad Titum in ſuis epiſtolis eadẽ quæ præmiſimus ſcribẽs, affirmauit. Et Dionyſius in libro de eccleſiaſtica hierarchia dicit. Ne ipſe quidem ſacerdos erit, niſi pontificalibus officiis ad hoc fuerit promotus. Sicut enim ſolis ſacerdotibus data erat poteſtas iudicandi inter lepram, & lepram; ita à lepra mundatos Saluator noſter ad ſolos ſacerdotes miſit, & Lazarum reſuſcitatum per ſolos diſcipulos ſolui iuſſit. Atque inſuper Tertullianus hanc uetuſtam hæreſim redarguens ait, quòd quorundam hæreticorum ordinationes ſunt temerariæ, leues, inconſtantesque; nam nunc neophytos collocant, nunc ſæculo obſtrictos, nunc apoſtatas noſtros, ut gloria eos obligent, quia ueritate non poſſunt. Nuſquam enim facilius

1. Co. 12. Ephe. 4.

Heb. 5. 1. Tim. 4. Ti. 1. Dionyſius De Eccle. Hier. par. 1. c. 5.

Tertul. in lib. de præſcrip. hær.

cilius proficitur, quàm in caſtris rebellium, ubi ipſum
eſſe illic, promereri eſt. Itaque hodie alius Epiſcopus;
cras alius; hodie diaconus qui cras lector; hodie præſ-
byter qui cras laicus; nam & laicis ſacerdotalia mune-
ra iniungunt. Cyprianus quoque idem aſſerit dicens. Cyprian.
Planè Epiſcopi non de uoluntate Dei fiunt, qui extra lib.1.epiſt.
Eccleſiam Dei ſunt, ſed contra diſpoſitionem,& tradi- 3.
tionem Euangelii fiunt; ſicut ipſe Dominus in ſuis pro
phetis ponit dicens. Sibimetipſis regem conſtituerunt, Oſee 8.
& non per me. Et alibi ait, Non mittebam eos, & ipſi Hie. 14.&
currebant. Ac deinde Lateranenſe ſub Innocentio III. 23.
& Remenſe Conciliũ idem affirmant. Et propterea di- Conc.La-
cendum eſt, quòd ſicut in ueteri lege; ita & in noua, eò ter.2.cap.
magis obſeruandus ſit ordo, & particularis ſacerdotũ 14.& Re-
electio, miniſteriumque ſingulare concedendum; quò men.circa prin.
magis digna ſunt quæ per hos miniſtrantur in uerita- De ſumma tri.&
te, quàm quæ per illos in umbra fiebant. Ideoque au- fi.ca.c.1.
diendi non ſunt ii, qui dicunt, ſacrificium omne in no De conſe.
ua lege per Chriſtum abrogatum eſſe; quia nullam in- diſt.2. per uenit.
uenient ſcripturam quæ hoc affirmet; neque hoc Chri-
ſtum docuiſſe alicubi reperient: imò è contra ſacrifica
re is præcepit dicens. Hoc facite in meam commemo- Luc.22.
rationem. Vnde reconciliatores, & ſacerdotes eſſe or-
dinauit, qui prædicarent, baptizarent, peccata relaxa-
rent, uel retinerent, ſacramentumque Euchariſtiæ con
ficerent, & aliis diſpenſarent. Nam Seruator ipſe ſicut
non uenit ſoluere legem, ſed adimplere; ita non uenit
ſacerdotium abrogare, ſed conſummare, & quod im-
perfectum erat, perficere. Propter quod Paulus Apo-
ſtolus non ſublatum, ſed tranſlatum eſſe fatetur ſacer-
dotium, dum ait. Tranſlato ſacerdotio, neceſſe eſt, ut Heb.7.

& legis tranſlatio fiat. Nam quid aliud fuit Iudæorum ſacerdotium, quàm umbra, & figura quædam? & quid Chriſti ſacerdotium ſecũdum ordinem Melchiſedech, quo nunc ille ſacerdos æternus & immortalis per miniſtros ſuos mortales in eccleſia fungitur; quàm corpus ipſum, & ueritas ipſa? quia umbræ corpus, & figuræ ueritas ſucceſſit; & ſicut in illo umbratico ſacrificio fuſus uictimarum ſanguis fundendum Chriſti ſanguinem deſignabat; ita in hoc uero ſacerdotio, & ſacrificio uerum corpus & ſanguis Chriſti ſub panis & uini ſpeciebus miniſtratur. Non igitur ſublatum ſacerdotium ſed tranſlatum, non abrogatum ſed conſummatum, & in aliud multo auguſtius, & excellentius eſt commutatũ.
Hebre. 1. 3.4.5.7.8. Et licet Chriſtus Deus, & homo, utpote principalis noſter ſacerdos, & Pontifex fidelium corda moueat, & illuminet; & per ſeipſum poſſet, ſi uellet, omnes (quan-
Lu. 24. tum etiam ad uiſibilia attinet) regere, & pro uniuſcuiuſque capacitate uiſibiliter inſtruere: attamen cum ipſe omnia ſuauiter, & ſecundum ordinem diſponat; ideo per humana media noſtræ fragilitati congruentia (uelut per quædam inſtrumenta) hæc determinata officia, & miniſteria ſacra exerceri, & ſuas gratias nobis communicare decreuit. Nam ſi quando ipſemet eccleſiæ ſuæ corporaliter & uiſibiliter præſens erat, & ſub humana ſpecie per ſeipſum populos inſtruebat, nihilominus per ſuos etiam Apoſtolos, ut uicarios, & miniſtros euangelium diuulgabat, gratias, & uirtutes conferebat, & miracula operabatur; quidni maiori ratione eum uoluiſſe credendum eſt, ut per Apoſtolos, & ſucceſſores ſuos in eccleſia idem fieret, poſtquàm ipſe eccleſiæ ſponſus in longinquam regionem profectus (hoc eſt,

in gloriam Patris ſui) eccleſiam ipſam corporaliter de reliquit? quippe qui operationibus nihilominus ſuorum miniſtrorum infallibiliter aſſiſtens, & eis, propter ſponſæ ſuæ eccleſiæ utilitatem, cooperans; illius culturæ gratia ſacerdotium iſtud inſtituit; atque idemmet adhuc, ſed alio modo, inter nos adeſſe uoluit, ut iam promiſerat, dicens. Ecce uobiſcū ſum uſque ad conſummationem ſæculi. Qua de re qui ſacerdotium iſtud uiſibile in eccleſia eſſe negat, conſequens eſt, ut aut intellectum ſcripturæ, atque apoſtolicæ, & eccleſiaſticæ diſpoſitionis, quæ ipſam ſcripturam exponit, temerariè non teneat; aut libertatem carnis amando; ut ipſam per ſacerdotum, & ſuperiorum inobedientiam, liberius ſequi, & nutrire in ſuis deſideriis ualeat; dominationem tam temporalem, quàm ſpiritualem ſpernat, & ad hoc etiam populos ſeditioſè inuitet. Nam quod iſti dicunt; omnes baptizatos ſacerdotes eſſe, non ſolum falſum, ſed etiam ſeditioſum eſſe conſtat; cum hi cum ſeditioſis uiris Chorè, Dathan, & Abiron conueniant, qui contra Moſen, & Aaron conſpirantes dicebant. Sufficiat uobis, quia omnis multitudo ſanctorum eſt, & in ipſis eſt Dominus; cur eleuamini ſuper populum Domini? propter quod meritas ſuæ rebellionis pœnas luerunt, & uiuentes in infernum deſcenderunt. Vnde nec minores quidem pœnæ eos manent (niſi reſipiſcant) qui euangelicum ſacerdotium à Chriſto inſtitutum, & per Apoſtolos, & apoſtolicos uiros ipſa diuturna conſuetudine confirmatum, ſola ſua libidine, & nulla ratione moti, ludibrio expoſuerunt, & explodere, & deſtruere conati ſunt. Quapropter quàm incongrua, & abſurda, omnique falſitate plena ſit præmiſſa hæreticorum propoſitio,

Matt. 28.

Num. 16.

poſitio, hinc liquidò patet; quia ſi omnes (ut ipſi aiũt) iure baptiſmalis regenerationis ſacerdotes ſunt; licebit ergo mulieribus (ne dicam pueris, & paraſcitis, & inſanis) conſecrare, abſoluere, docere, & ſacramenta miniſtrare; quibus tamen Apoſtolus nihil horum per-
1.Tim. 2. mittit, imò nec eas in eccleſia loqui uult; ſed omnia ho neſtè, & ſecundum ordinem in Eccleſia fieri iubet; hoc
1.Co.14. eſt, lineam à Deo Patre, à filio eius incarnato, atque ab Apoſtolis ſuis (ſpiritu ſancto dictante) præfixam non præterire: quoniam nunquàm Deus uoluit, ut per quoſuis homines ſpiritualia miniſtrarentur; imò nec etiam per reges ipſos (ut probauimus) id fieri permiſit; ſed per illos tantummodo, quos ad tale munus deſtinauit. Sed præterea quàm etiam ſeditioſa, & quàm diabolica hæc Lutheranorum ſententia ſit; ut quotquot baptizati fuerint, ueri ſacerdotes cenſeri debeant; ex hoc maxime patet; cum, eo præſuppoſito, neceſſario ſequeretur, quòd omnes baptizati etiam reges eſſent; quia utrunque loca præmiſſa ab aduerſariis allegata affirmant. Quòd ſi res ita ſe haberet, omnes diuino iure uerè reges, duces, & imperatores eſſent: & ſi omnes reges; ergo ſubiectum eſſe quenquam alicui non oporteret. Et hoc eſt profectò, propter quod Sathanas maximè laborat: ut uidelicet, Vniuerſi ordine ſublato, quantum magis poſſit, omnia perturbet. Neque parum ſanè inter multas barbaras nationes conſilia ſua profecerũt; quibus ita perſuaſit, ut per præaſſertas ſacræ paginæ malè expoſitas authoritates, quæ nos omnes ſacerdotes, & reges nominant, nihil Pontifici, nihilque Epiſcopis, & ſacerdotibus tribuendum eſſet; imò neque regibus, uel ſuperioribus quibuſuis temporalibus eſſet parendum;

dum; quòdque tam ſummi Pontificis, & cæterorum ec cleſiæ Prælatorum, quàm ſæcularium quoque Principum iugum ciuili bello concitato excutere conarentur; atque inſuper eò amentia ſuâ illos perduxit, ut etiam ipſius chriſtianiſſimi Imperatoris iugum deponere molirentur; quem iam ſuis ſcriptis de imperio deturbatum, non amplius Imperatorem, ſed Carolum à Gan dauo appellare auſi ſunt. Vnde non ſolum hæretico; ſed etiam tyrannico furore in proprios ſuperiores inſurrexere, & ſeditioſas ſectas concitauere, ſicut etiam denuo de Gallicis populis eueniſſe audimus, qui non tantum Eccleſiæ, ſed & regi ſuo rebelles præ ſe tulerũt, ad Apoſtoli doctrinam non attendentes, qui ait, omnes ſublimioribus poteſtatibus ſubditos eſſe debere; & omnem poteſtatem à Deo eſſe; unde qui poteſtati reſiſtit Dei ordinationi reſiſtere dicatur: neque ad Chriſti exemplum animaduertentes, qui cum eſſet Dominus omnium, ſe tamen omnium ſeruum fecit; Mariæ, & Ioſeph ſubditus fuit; quæ Moſaicæ legis erant, obſeruauit; tributum, ſiue cenſum pro ſe, & Petro ſolui uoluit; & ita quod Cæſaris Cæſari; ſicut quod Dei eſt, Deo dari iuſſit; atque Pilato ipſi iniquo deſuper datam fuiſſe poteſtatem teſtatus eſt: ita quòd tum ſpiritualibus, tum etiam temporalibus ſuperioribus, & legibus, & conſuetudinibus ſe ſubiectum in omnibus oſtendit, & ſuorum greſſuum ueſtigia nobis ſectanda reliquit: contra cuius tamen doctrinam, & mores antichriſti iſti totis uiribus intendunt; de quibus quidem Iudas Taddæus in ſua epiſtola rectè ait. Hi carnem quidem maculant, dominationem autem ſpernunt, maieſtatem autem blaſphemant. Et in ſequentibus uerbis contra eos adhuc magis

Rom.13. Luc.2. Matth.17. Lu.20. Matt.22. Ioan.19. Epiſtola vnica.

gis inſurgit dicens. Væ illis qui in uia Cain abierunt; & errore Balaam mercede effuſi ſunt; & in contradictione Chorè perierunt. Hi ſunt in epulis ſuis maculæ conuiuantes, ſine timore, ſemet ipſos paſcentes, nubes ſine aqua, quæ à uentis circunferuntur; arbores autumnales, infructuoſæ, bis mortuæ, eradicatæ; fluctus feri maris deſpumantes ſuas confuſiones; ſydera errantia, quibus procella tenebrarum ſeruata eſt in æternum. Et huc quidem tendere ſemper uiſum eſt profanum, abſurdum, & ſeditioſum Lutheri euangelium contra antiquam ſcripturam; contra Chriſti, & Apoſtolorum doctrinam; imò etiam contra rationem, & contra ipſam naturam promulgatam; per quod nemo alteri obedientiam debet; unicuique pro ſuo libito uiuere permiſſum eſt: & omnia quò ad diuinam, & humanam diſpoſitionem attinet, fiunt inordinata, omnia confuſa, & ipſum chaos, & diaboli regnum, ubi nullus ordo, ſed ſempiternus horror inhabitat. Et addas tandem hinc manifeſtam iſtorum amentiam apparere; quòd ſi omnes ex æquo reges eſſent; neſcio cuius regni, & quorum populorum reges forent; nam quiſque rex regni alicuius Dominus eſſe dicitur; & rex, & regnum correlatiua ſunt. Aut ergo tot eſſe regna deberent, quot ſunt fideles; aut unuſquiſque totius Vniuerſi rex eſſe: quorum unum planè falſum eſſe palpamus; alterum uerò confuſionem & contradictionem implicare uidemus: nam ex hoc quòd fideles omnes reges, Epiſcopique totius eſſent Vniuerſi; ſequeretur, quòd fidelium nemo Rex, uel Prælatus eſſet; cum regis, & prælati nomen ſingularitatem, & præeminentiam ſuper alios ſibi ſubditos denotet. Vnde cum nihil horum ſit, ſequitur, nemi

nem

nem fidelem, per ea ſcripturæ uerba, regem, uel prælatum, quò ad externum regnum, uel prælaturæ munus fieri. Et ſi dicant eos reges eſſe in potentia; nulla erit hæc potentia, quæ nunquam deducetur ad actum. Sed tam barbara, inhumana, & abſurda ſunt hæc, ut pudeat uel unam lineam in eorum expugnationem protraxiſſe: nam (ſecundum eos) fruſtra Chriſtus Apoſtolos duodecim elegiſſet; fruſtra ſeptuaginta duos diſcipulos conſtituiſſet; nequicquam Petrũ Cephas (quod caput indicat) nominaſſet; & incaſſum Apoſtolus Paulus per diuerſa loca Epiſcopos, & præsbyteros conſtituiſſet; atque inaniter dixiſſet, quòd omnis Pontifex ex hominibus aſſumptus pro hominibus conſtituitur in iis, quæ ſunt ad Deum, ut offerat dona, & ſacrificia pro peccatis. At uero, cum nos Chriſto magis, & apoſtolico ſenatui, atque catholicæ eccleſiæ; quàm apoſtatis iſtis, fidem adhibere debeamus: ualeant ergo iſti pſeudo apoſtoli, qui uentris, & uanæ gloriæ gratia, uerbum Dei adulterari non ceſſant; noſque (iuxta præmiſſam concluſionem) ſcripturæ uerba dextra aure, rectoque ſenſu intelligamus: ut, uidelicet, ſicut fideles omnes Iudæi laici in ueteri teſtamento ſacerdotes, & reges in ſpiritu appellati ſunt; & nihilominus non omnes ut Aaron, & filii eius, Pontifices, uel ſacerdotes; neque omnes ut Dauid, Salomon, & eorum ſucceſſores, reges exteriori illo regno decorati fuere; ita nunc quoque pii, & fideles omnes, tum ſacerdotes, tum reges in ſpiritu appellati ſunt, extrinſeco tamen ſacerdotio, uel regno non omnes donati ſunt; ut ſuperius ſatis declarauimus. Quia uero de hac ſacri ordinis materia in ſacro ſancto Tridentino Concilio, atque in quibusdam aliis

Luc. 6. Ioan. 6. & 15. Lu. 10. Ioan. 1. Ti. 1. Act. 14. Heb. 5.

conſummationẽ ſanctorum; in opus miniſterii; in ædificationem corporis Chriſti;donec occurramus omnes in unitatem fidei, & agnitionis filii Dei, in uirum perfectum, in menſuram ætatis plenitudinis Chriſti; ut iam non ſimus paruuli fluctuantes, & circunferamur omni uento doctrinæ in nequitia hominum, in aſtutia ad circunuentionem erroris. Quæ quidem uerba eò libentius ad longum induxi, quò chriſtianus quilibet ea diligentius, hoc præcipuè tempore, in quo tantum errorum, & hæreſum chaos undique concitatur, conſiderare debet. Nam ex uerbis illis primum uarios & diſtinctos gradus in eccleſia uidemus; quod ſanè ornatus,& decor ipſius expoſcit, propheta dicente. Aſtitit regina à dextris tuis in ueſtitu deaurato circundata uarietate. Et alibi eccleſia, ut caſtrorum acies ordinata,uocatur. Pſal. 44.
Atque ibi Apoſtolus quinque ordines; ſiue gradus à Chriſto in eccleſia inſtitutos enumerat. Propter quod Can.6.
manifeſtum eſt, quantopere delirent, qui ordinibus illis nunc Chriſti eccleſiam deſpoliantes, omnem clerũ Tertul.
laicis ſubiicere conantur. Sed præterea ipſum quoque finem,curChriſtus gradus illos in eccleſia ordinauerit, ex iiſdem Apoſtoli uerbis conſiderare ualemus. Nam ait ipſe, quòd ad plenitudinem ſanctorum; in opus miniſterii; in ædificationem corporis Chriſti, factum ſit. Quibus uerbis tres adducit rationes:quarum prima eſt ſanctorum plenitudo, puta in ſe, qua per tales ordines in ſtatum perfectionis conſtituuntur; atque per adminiſtrationem, & doctrinam ſacerdotalem ſanctitatem acquirunt. Secundam rationem adducit, dum ait. In opus miniſterii: ut ſic ſacerdotes officii ſui (ſcilicet) miniſterium, cantando, legendo, orando, & ſacrifican

 do,

do, ſacramentaque diſpenſando, adimpleant. Atque tertia eiuſdem ratio ſequitur, dum dicit. Ad ædificationem corporis Chriſti; hoc eſt, myſtici corporis; quod certè ab ipſis ſacerdotibus per ſacramentorum adminiſtrationem; per uerbum Dei, exhortationes, & correctiones; & per bona uirtutum exercitia, caſtaque conuerſationis exempla fidelium uitam, & mores rectè informantia, firmiter ædificatur. Vlterius hanc graduum uarietatem in eccleſiaſtico ordine beatus Pater Anacletus expreſſit, dum præter tres ſacros gradus; hoc eſt, Epiſcopatum, Præsbyteratum, & Diaconatū, (inter quos etiam Subdiaconatus hodie, ut ſacer gradus, connumeratur) confuſa quadam narratione reliquos gradus concluſit dicens. Cæterorum autem graduum diſtributio trium ueracium teſtium præſentia, & Epiſcopi probatione fiat. Sic & diuus Clemens in prima ſua epiſtola ex mente Petri Apoſtoli huiuſce diſtinctionis, ſiue differentiæ graduum meminit: ubi uiſibilem eccleſiam magnæ nauis moli comparat, quæ per undoſum pelagus è diuerſis locis & regionibus homines ad cœleſtem Hieruſalem tranſportat; cuius dominium Deus habet; Gubernator eſt Chriſtus; Proreta Epiſcopus; Nautæ præsbyteri; Diſpenſatores diaconi; Nautologi cathechizatores; Epibatæ uero, hoc eſt, nauis aſcenſores, ſeu uiatores qui uehuntur; fratres alii multitudinis ſunt. Neque hoc dixiſſe contentus ſanctus Pontifex, unicuique iſtorum graduum ſua ſpecialia munera tribuit. Dicit enim de Epiſcopo, ut tanquã proreta uigilanter, & ſolicitè Chriſti uerba cuſtodiat, oret, uacetque Dei uerbo, ut omnia huius maris pericula nauigantes ſuperent. Præterea arduum ſanè mu-

Anacle.

Clemens.

nus,

nus, & cui uix humani humeri ſufficiunt, præsbyteris committit, ut, ſcilicet, aptent ſingula ad nauis inſtru ctionem, & quæ ſuo tempore requirenda ſunt, præparent. Diaconis uero mandat, ut tanquàm oculi ſint Epiſcopi, & oberrantes circumluſtrent cum uerecundia totius eccleſiæ actus, quatenus Epiſcopo denuntient. Laicis uerò præcipit, ut iis quæ ſibi iubentur, ſe morigeros præbeãt, & ut unuſquiſque in ſuo loco quieti ſint, ne uagantes à munere ſuo nautas impediant, & in alterum latus per eorum inquietudinem nauis preſſa demergatur. Præter hæc autem, in canonibus etiam Apoſtolorum ſex ordinum gradus ſub hac forma numerantur: uidelicet Epiſcopus; præsbyter; aut diaconus aleæ, aut ebrietati deſeruiens; aut deſinat, aut certe damnetur: ſubdiaconus autem; aut lector; aut cantor ſimilia faciens; aut deſinat, aut communione priuetur. Ex quibus uerbis liquidò patet etiam Apoſtolorum tempore plures ordines in eccleſia fuiſſe. Atque idem Clemens rurſus in ſua tertia epiſtola Epiſcopos, præsbyteros, diaconos, & ſubdiaconos nominat: & in eiuſdem decreto (quem profectò Romanum Pontificem Petrus ordinauit) manifeſtè habetur ipſum feciſſe ordinationes duas per menſem Decembrem, præsbyteros decem; diaconos duos; Epiſcopoſque per diuerſa loca quindecim. Et Linus, qui Clementem in Pontificatus adminiſtratione præceſſerat, duas ordinationes fecit, in quibus Epiſcopos quindecim, præsbyteros decem & octo ordinauit; ut in eius decreto habetur. Anacletus poſtmodum, qui Clementi in Pontificatu ſucceſſit, dum adhuc nonnulli Apoſtoli uiuerent, præsbyteros quinque, diaconos tres, & Epiſcopos ſex creauit.

Apoſto. Can. 41. & 42.

Diſtin. 35. Epiſcopus.

De ui. & ho. cle. c. crapula; & c. clerici.

Clemens.

Io. Bach. in 4. ſent. q. 10. prologi. ar. 3.

Linus.

Anacl.

Euariſtus. Euariſtus quoque Anacleti ſucceſſor & Pontifex, Ioanne euangeliſta adhuc ſuperſtite, præsbyteros, atque diaconos undecim, & Epiſcopos quinque fecit. Ex quibus ſanè conſtat iam inde à temporibus Apoſtolorum uarios diſtinctosque gradus eccleſiaſticos ſemper extitiſſe; atque Epiſcopos à præsbyteris; & præsbyteros à diaconis differentes fuiſſe. Similiter etiam Tertullianus, in libro de fuga, tres primos ſacratos gradus recenſet, eos Clerum uocans; quos quidem & à communi eccleſia diſtinguit. Ignatius quoque in prima ſua epiſtola, & in epiſtola ad Antiochenos, eccleſiaſticos gradus prolixè deſcribit dicens. Quid eſt Epiſcopus, niſi omnem principatum, & poteſtatem omnium illorum (ſcilicet fidelium) tenens, imitator Dei factus ſecundum uirtutem? quid eſt præsbyter, niſi inſtitutio ſancta, & conſiliarius, & confeſſor Epiſcopi? quid diacones niſi imitatores Chriſti miniſtrantes Epiſcopo, ſicut Chriſtus Patri; ut Stephanus Iacobo; Linus, & Timotheus Paulo; & Anacletus, & Clemens Petro? In altero uero loco, poſtquàm præsbyteri, & diaconi, & uirginum meminit, ad gradus alios eccleſiaſticos ſe conuertit dicens. Saluto ſubdiaconos, lectores, cantores, oſtiarios laborantes, exorciſtas &c. Vbi ecce quomodo Apoſtolorum diſcipulus, præter tres principales ordines, ſubdiaconatum, & alios enumerat. Sic quoque Zepherinus martyr præsbyteratus, & diaconatus mentionem facit. Præterea diuus Cornelius in epiſtola ad Fabianum Antiochenum, quam Euſebius in ſua hiſtoria allegat, de Nouato hæretico loquens, quomodo in ſacrum epiſcopalem ordinem irruperit, omnes ferè eccleſiaſticos gradus enumerat dicens. Neſciebat

Tertul.

Ignatius.

Zepherinus.

Cornelius.

bat Nouatus in eccleſia catholica unum Epiſcopum eſ ſe debere, ubi uidebat eſſe presbyteros quadraginta ſex, diaconos ſeptem, ſubdiaconos ſeptem, acolytos quadraginta duos; & exorciſtas cum lectoribus, & oſtiariis quinquagintaduos. Cyprianus quoque in libro ſecundo epiſtolarum diuerſorum graduum eccleſiaſticorum meminit. Deinde uenerabilis pater Epiphanius in compendiaria doctrina, Epiſcopum à præsbytero in poteſtate ſeparat, dum contra Aerium hæreticum Lutheranorum parentum his uerbis agit dicens. Dicere Epiſcopum, & præsbyterum æquales eſſe, quomodo erit poſſibile? Epiſcoporum enim ordo patrum generator eſt; patres enim generat eccleſiæ; præsbyter uero non poteſt patres generare. Et inde poſt pauca gradus non nullos eccleſiaſticos numerat à ſacerdotio incipiens, quod in duos gradus diuidit, Epiſcopatum, ſcilicet, & præsbyteratum. Inſuper Gregorius Nazanzenus in ſermonibus de Hieremiæ dictis coram Valente Imperatore ex lege Chriſti affirmat, tribunal ſacerdotii, & ouium commiſſionem, Epiſcopis delegata fuiſſe. Et Auguſtinus in epiſtola ad Criſpinum donatiſtam idem ſentit, ubi Epiſcopatus ordinem quantum ad id, quòd iterari non poſſit, baptiſmo æquiparat; atque ibi non ſolum ordinationem propriè ſacramentum eſſe, ſed quòd etiam indelebilem effectum in eo, qui ordinatur, ex diuina pactione efficiat, manifeſtè aſſerit. Super omnes autem diuus Caius martyr, & Pontifex ante mille ducentos, & ſeptuaginta annos modum aſſignans, per quos, ſcilicet, gradus aſcendere debeat Epiſcopus, antequam ordinetur, omnes eccleſiaſticos gradus, quos modo eccleſia ueneratur, his uerbis expreſsè

Cypria. lib. 2. epi. 5. & 14.

Ephipha.

Greg. Nazan.

Augu.

Caius.

recenſet

recenſet dicens. Si quis Epiſcopus eſſe meruerit, primo oſtiarius; deinde lector; poſt exorciſta; deinceps ſacretur acolytus; dein uero ſubdiaconus; diaconus; & poſtea præsbyter; exinde, ſi meruerit, Epiſcopus ordinetur. Et ſi fortaſſe quæris, quæ ſit horum eccleſiaſticorum graduum diſtinctionis ratio; hanc diuus Gregorius in epiſtola ad Epiſcopos Galliæ aperit dicens. Diuinæ diſpenſationis prouiſio gradus diuerſos, & diſtinctos ordines eſſe conſtituit; ut dum reuerentiam minores potioribus exhiberent, & potiores minoribus dilectionem impenderent, uera concordia fieret. Bernardus quoque ad Eugenium de iiſdem gradibus loquēs ait. Non (ut uilem) reiicias formam hanc, quia in terra eſt; exemplar enim habet in cœlo. Atque tandem Hieronymus teſtatur Paulum Apoſtolū per Tychicum diaconum, & Oneſimum acolytum, epiſtolam ad Coloſſenſes miſiſſe; & idem de epiſtola prima ad Theſſalonicenſes eueniſſe affirmat. Et Dioniſius quoque Areopagita de ſcriptoribus, de oſtiariis, de lectoribus, deque aliis clericis in eccleſiaſtica hierarchia mentionem facit. Alios autem adhuc innumeros teſtes, ſanctos quidem, & Deo dignos doctores, diuo Auguſtino ætate poſteriores producere poſſem; ſed quia aduerſarii ſanctam eccleſiam ab huius ſancti temporibus, multis erroribus obrutam eſſe impudenter affirmant, conſultò eos dimittimus, contenti eos ſolummodo protuliſſe, quibus qui contradixerit, Chriſto, & Apoſtolis manifeſtè repugnare uideatur, eò quòd multi eorum uel Apoſtolos audierunt, aut ab ipſis Apoſtolorum diſcipulis edocti ſunt. Quapropter apoſtolicorum uirorum teſtimonia, & antiquæ eccleſiæ tam latinæ, quàm

Bonifa. in Con. Tolle. 2. Diſt. 89. c. ad hoc diſpenſationis.

Grego.

Bernar. Epiſtolarum libro tertio.

Hiero. in prologo ſuper Epi. Pau. ad Colo. & in prolo. ſuper Epi. 1. ad Theſſal.

Diony. de eccl. Hie. c. 3.

græcæ

græcæ unanimis conſenſus, ſimul cum ipſa ſcriptura nobis apertè tradiderunt: quòd eccleſiaſticus ordo, tum à plebe promiſcua diuina diſpoſitione, atque traditione, & non humana electione ſeiunctus ſit; tum uerò magnam inter ſe graduum latitudinem contineat, uariosque & diſtinctos habeat eccleſiaſticos gradus; atque maiores ex his, ut puta, Epiſcopatus, præsbyteratus, & diaconatus, præ cæteris magno interuallo à ſe diſtantes; peculiares habeant annexas ſibi à Deo collatas poteſtates, tam ad corpus Chriſti uerum, quàm ad myſticum ſpectantes; à quibus eccleſia catholica, quæ in hoc mundo militat, uiſibiliter in uiam Dei dirigatur. Quod quidem & ipſa ratio ſuadere uidetur. Nam cùm nulla congregatio ab ipſo orbe condito, quæ religionis nomen uſurpauerit, abſque uiſibili ſacerdotio unquàm fuerit, ut antiqua omnia teſtimonia atteſtantur: & cum inſuper in ueteri ſinagoga (quæ ſanctæ eccleſiæ typus fuit) minores ſacerdotes a ſummis ſacerdotibus, ſiue à pontificibus ſegregati eſſent; neque minoribus ipſis ſacerdotibus magni ſacerdotis inſignibus uti, aut ritu, quo ille conſecrabatur, conſecrari; nec munia illa, quæ pontificatus illius propria erant, ſibi uſurpare, neque eius officii aliquid attentare liceret; unde & in Neemia gradus, & munera uaria circa ſanctæ ciuitatis, & templi miniſteria numerantur; uidelicet Epiſcopus, ſacerdotes, leuitæ, cantores, ianitoresque: propterea neſcio quomodo fieri poſſit, ut chriſtiana congregatio, dum in hac peregrinatione uiſibiliter uerſatur, quæ regnum cœlorum, quæ ſagena miſſa in mari ex omni genere piſcium congregans à Chriſto dicitur; & quæ arca Noè (in qua munda, & immunda ani-

Rationes.

1 Cor. 11.

Nee. 11.

malia, perfecti & imperfecti, boni & mali ſunt) appellari ſolet; ſuis uiſibilibus ſacerdotibus, & aliis eccleſiæ miniſtris uario gradu diſtinctis carere debeat; à quibus uiſibiliter admoneatur, inſtruatur, orationibus & ſacrificiis iuuetur, & in uia ſalutis dirigatur. Nam certe mutila, & defectibilis eſſet chriſtiana politia, & eccleſiæ militantis ordo, ſi ſine uiſibili ſacerdotio inſtitutionem haberet, & ſi in ipſa inſtitutione ordinum diuerſitas, & eccleſiæ decor, qui ex ea oritur, non adeſſet. Quod quidem de Deo eius inſtitutore, qui omnia ordinatè, & per media diſponit, ſentire nefas eſt. Cuius ſanè eccleſiæ Chriſti, ſponſæ graduum pulchram uarietatem, & uariam pulchritudinem etiam tantò congruentius eſſe conuenit, quantò myſtici corporis (hoc eſt uiſibilis eccleſiæ) qualitas; quam Paulus Apoſtolus per humani corporis conditiones, & portiones exprimit,
1.Cor.12. dum Corinthiis ſcribens, multa eſſe in corpore mem-
Ephe.4. bra diuerſas actiones habentia, & inter ſe ordinem ſeruantia, atque corporis eccleſiæ ſeriem denotantia, affirmat; hanc etiam graduum diuerſitatem expoſcere uidetur: quod ſi non eſſet, nullo pacto corpori naturali organico myſticum eccleſiæ corpus comparari poſſet. Atque hanc præterea graduum eccleſiaſticorum diffe-
Concilia. rentiam multæ Synodorum atteſtationes affirmarunt.
Can. 14. Nam Nicæa ſynodus inter diaconum, & præsbyterum
Inno.1.in epiſt.4.ad Fælicem epi.Nucerina.c.5. differentiam aſſignat: ſynodus Carthaginenſis quarta lectorem nominat, & Epiſcopi, & præsbyteri ordinationes præſcribit; & idem dicit Innocentius primus, in epiſtola ad Fœlicem Epiſcopum: præterea Toletana prima in tribus principalibus ordinibus tempus ordinationis limitat; & Toletana quarta idipſum, quantum

tum ad ſacerdotii ordinem attinet, confirmat. Bracarenſis quoque prima, quomodo gradus iſti eccleſiaſtici occupari debeant, optimè tradit. Inſuper Lateranenſis ſynodus, in qua quidem ex latina, & græca eccleſia quàmplurimi Patres conuenerant, idem unanimi uoce affirmat: atque Laodicenſe, & Calcedonenſe Concilium ſimiliter concludunt. Vnde articulus ille Ioannis Vuicleph, qui duos tantum gradus in eccleſia concedebat, ab orthodoxis patribus in Conſtantienſi Concilio iam olim optimo iure exploſus, & condemnatus fuit. Et eodem modo Aerii, & Valdenſium circa materiam iſtam errores, tum ex ſcripturis, tum ex aliis Conciliis damnati fuere. Vlterius uerò etiam diui Syluestri decreta in prima Nicæna ſynodo exarata uarios ordinis gradus referunt; hoc eſt, epiſcopos, præsbyteros, diaconos, ſubdiaconos, acolytos, exorciſtas, & lectores: nam is duos diaconos in qualibet parrochia eſſe iuſſit; & ex iis quoque ſeptem Romæ inſtituit, quos Cardinales appellauit. Et inde nomẽ cardinalatus, pariter & diaconi cardinalis officium, quod eo tempore in uſu erat, primitus memoratum fuiſſe puto. Hinc etiam Fabianus Pontifex, & martyr ad diuina officia peragenda diaconos ſeptem, cum ſubdiaconis & acolytis in uniuerſis eccleſiis ordinari iuſſit: atque ſeptem inſuper ſubdiaconos conſtituit, qui ſeptem notariis imminerent, ut martyrum geſta in integrum colligerent; ex qua quidem inſtitutione, tum ſeptem diaconorum ab Apoſtolis inſtitutorum ſtatum repræſentari, tum etiam protonotariorum dignitatem, quæ in eccleſia hodie præcellit, proceſſiſſe arbitramur. Cardinalis autem ea ratione, qua Cardinalis eſt, ordinem per ſe in

Sylue. ca. in Nicæ. Sy. 1.

Fabia. Decreta.

In epiſt. Prima.

Diſti. 93. diaconi ſeptem. & diaconi/a qui.

Cardinalium Inſtitutio.

eccleſia; ex diuino, ſcilicet, iure, uel apoſtolica traditione non facit; ſed tantum, eo tempore, munus iſtud principalitatem quandam in eo ordine præ ſe ferebat, in quo talis Cardinalis creabatur. Vnde diaconus ſuper diaconos, & ſubdiaconus ſuper ſubdiaconos Cardinalatus dignitate præeminebat; atque inde qui præſbyteri erant, eccleſiæ Romanæ præsbyteri dicebantur. Huius autem inſtitutionis ratio fuit, quòd cum fieri non poſſit, ut ſolus Papa uniuerſis eccleſiæ obeundis negotiis plenè ſufficiat; ideo optimo iure Cardinales, tanquam eccleſiæ ſenatores, ei in auxilium additi fuerint, quippe qui Pontificis lateri continuè aſſiſtentes, illi ſemper in eo, quod ad eccleſiæ regimen pertinet, ſanis conſiliis opitulentur. Vnde Cardinales dicuntur uel ab eccleſia Romana, quæ caput & cardo aliarum dicitur; uel à cardine domus metaphoricè; quia ſicut domus oſtium, & cardines habet; ita eccleſia Pontificem habet, qui oſtium dicitur; cum uicarius Chriſti ſit, qui ſe oſtium dicebat; & Cardinales habet, qui cardines ſunt, ſuper quos oſtium tale uoluitur, & firmatur; cum Papa eorum conſiliis fulciatur, & regatur. Cardinaliũ uero ſtatus duplex conſideratur; unus quidem primæuus, cuius titulum, & principalem dignitatem in collegiatis eccleſiis Romanæ curiæ, qui obtinebant, ſiue qui parochialium eccleſiarum eiuſdem curiæ curati dicebantur; ii, iuxta hunc primum ſtatum, Cardinales appellati ſunt; hoc eſt, proprii, principales, & primarii. quod ſanè nomen eis peculiariter non competebat, quoniam aliæ etiam erant eccleſiæ, quæ talibus gaudebant priuilegiis; ut, uidelicet, antiſtites ſuos Cardinales nominarent; ſicut eſt Rauennatum eccleſia; & eccleſia

Denominatio.

Diſti. 22. c. ſacroſanctal in fi. ubi Archidiaco. & Lau.

Status duplex.

De offi. archipræſby. c. 2. uer. ſacer. Cardinalium. glo. 1, principali.

cleſia Compoſtellana, ubi præsbyteri Cardinales, & mitrati exiſtunt. Et talium officium erat, pœnitentes audire; illosque abſoluere; euangelium docere; baptizare; & ſacramenta omnia fidelibus communicare. Præterea alter Cardinalium ſtatus eſt, de quibus nos propriè loquimur; qui ſtatus, & ſi certo modo Apoſtolorum ſtatui (quando cum Chriſto perſiſtebant) referri poſſit, & eo reſpectu ſummè uenerari debeat; nam Apoſtoli prius Cardinales, quàm Epiſcopi fuerunt, Chriſti lateri aſſiſtentes, quo tempore non dum Paſtores, ſiue Epiſcopi inſtituti fuerant; attamen hic ſtatus uenerabilior eſſe, magnoque in honore eo tempore haberi cæpit, quo magnus Conſtantinus Occidentis imperium eccleſiæ Romanæ tradidit; in qua magnificum ſenatum eſſe uoluit. Decreuit nanque ut in tanta republica Cardinales ipſi, qui Romanæ vrbis patricii, conſules, & ſenatores, imò & qui totius orbis moderatores erant, non tantum authoritate, ac dignitate (qua pollebant) ſed etiam purpureis ueſtibus ornarentur, atque honorarentur. Vnde Cardinales, ſiue ab aliquibus Patres purpurati dicti fuere; quippequi principalem totius humanæ reipublicæ ſenatorium ſtatum tenent; ut Innocentius affirmat. Et horum munus eſt, ſummo Pontifici prudenter conſulere, atque illum in iis præcipuè, quæ ad uniuerſam eccleſiam regendam pertinent, adiuuare. Quorum quidem authoritas limitata nō eſt, ſiue ad unam tantum prouinciam reſtricta, ut epiſcopalis authoritas eſſe ſolet; ſed uniuerſum orbem reſpicit. Vnde ſicut alii Prælati in partē ſolicitudinis ſunt aſſumpti; ſic iſti in adiutorium totius regiminis electi ſunt. Quapropter myſticè Romani Pontificis membra, &

Officium. Diſt. 24. Præsbyteri. & diſt. 71. Fraternitatem. 32. q. 2. c. 1. in glo. fi.

Alter ſtatus.

Diſt. 96. c. Conſtantinus. uer. uiris etiā.

Officium.

2. q. 6. Decreto. cir. fi.

& ipſius corporis pars nominantur; atque inde legati à latere dicuntur, cum ab ipſo Pontifice extra urbem mittuntur, quaſi ab ipſius latere diuellantur, qui ei aſſi ſtere ſemper ſolebant. Et quamuis Chriſti, & Apoſtolorum tempore nomen Cardinalatus in uſu non eſſet; ſicut neque Papatus, neque Epiſcopatus, neque Chri-
Act.11. ſtiani ab initio nominabantur, qui Antiochiæ primo nominari cæperunt; nihilominus fidelium multitudine mirum in modum creſcente, tituli, & honores etiam augebantur, atque eccleſiaſticis dignitatibus congrua nomina imponebantur; ut puta, Cardinalium, Patriar-
Diſt.21. cleros. charum, Archiepiſcoporum, Epiſcoporum, Præsbyterorum, & reliqua nomina eccleſiæ gradibus conuenientia; quorum multa poſtmodum, ipſo etiam Apoſtolorum tempore, eſſe cæpere. Et licet re ipſa ſemper apud Petrum, & Petri ſucceſſores Cardinales eſſent, qui eis aſſiſterent; non tamen hoc nomine decorabantur, ſed poſtmodum applicatum illis fuit, & iuxta eorum mu-
In chronicis. neris proprietatem inuentum. Quando uero hoc Cardinalatus nomen in eccleſia eſſe cæperit; alii dicūt
Anno Do.231. tempore Pontiani Papæ; alii Marcelli tempore, qui an
Anno Do.304. no Domini CCCIIII. Cardinalatus quindecim in Roma propter baptiſmata, & ſepulturas conſtituit; &
Cardinalium dignitas. alii nomen hoc Syluestri tempore cæpiſſe uolunt. Cardinalium autem dignitas talis eſt; quod & ſi Epiſcoporum gradus excellentia, & ſublimitate ordinis Cardinalium præsbyterorum, & diaconorum gradu maior,
Diſti.79. c.1.c.oportebat. & dignior ſit; nam Epiſcopatus ordo, ſiue gradus ſacramentalis eſt à ſacerdotio non intenſiue, ſed extenſi
Diſt.23.c. 1.2.q.4. Præſul. ue diſtinctus, inquantum eſt eminentia quædam ſuperioris poteſtatis ordini ſacerdotii inſeparabiliter adhærens

rens (ut infra dicemus) quo quidem ſenſu Dionyſius Epiſcopatum ſublimiorem ordinem eſſe dicebat: attamen adminiſtrationis eminentia, qua Romano Pontifici in uniuerſali eccleſia regenda, & in maioribus definiendis cauſis aſſiſtunt, Cardinales profectò Epiſcopis digniores eſſe dicuntur (dummodo, ſcilicet, & ipſi Epiſcopi Cardinales non exiſtant) ad quos quidem ius eligendi Pontificem præcisè ſpectare nulli dubium eſſe debet; ut ſacri Canones teſtantur; atque ad Hoſtienſem Epiſcopum Cardinalem Pontificem conſecrare, & Imperatorem inungere, ex papali priuilegio pertinere conſtat.

De ele. c. fundamẽta. §. decet. lib. 6. Diſti. 25. c. perlectis. 2. q. 7 c. puto. &c. quãquã. De priuil. c. antiqua. ubi Hoſtien.

De eccleſiaſticorum graduum iure, & inſtitutione.

SECTIO TERTIA.

IAM quanta ſit eccleſiaſtici ordinis à plebe, & laicis omnibus differentia; & in ipſo quoque eccleſiaſtico ordine quàm uarii gradus, & quàm diuerſæ ſint dignitates, demonſtrauimus. Nunc autem quo iure, quaue inſtitutione ipſorum diſtantia graduum introducta fuerit, conſiderabimus; & an à Chriſto, uel ab Apoſtolis, aut ab ipſo Pontifice, diſcretio hæc determinata reperiatur. Quapropter & ſi omnes eccleſiaſtici gradus ſpiritus ſancti inſtinctu, & ſacris traditionibus ordinati ſint (ut iã prælibauimus) ſacerdotalem tamen dignitatem in duos gradus, uel ordines ab ipſo Domino præcipue diſtinctam fuiſſe reperimus; hoc eſt, in Epiſcopatum, & ſacerdotium.

Quorum

Clemens. quorum primus altero dignior eſt. Vnde beatus Clemens in prima ſua epiſtola de iis, quæ illum Petrus Apoſtolus docebat loquens dicit. Epiſcopos uicem gerere Apoſtolorum Dominum docuiſſe Petrus aiebat. Et idem affirmat beatus Anterius in epiſtola ad Epiſcopos Bæticæ. Sanctus quoque Ignatius Apoſtolorum

Anterius. Ignatius.

diſcipulus in epiſtola tertia ad Magneſianos, obedientiæ rationem aſſignãs, quæ Epiſcopo debetur, & quam ipſe uehementer commendauerat, ait. Quia Epiſcopus non ab homine, ſed à Deo habet promotionem. Idipſum præterea Anacletus martyr illius ſucceſſor in ſua tertia epiſtola expreſſius confirmat dicens. Sacerdotum (fratres) ordo bipartitus eſt, & ſicut Dominus illum inſtituit, à nullo debet perturbari. Et inde ſequitur. Epiſcopi Apoſtolorum locum tenent; præsbyteri autem ſeptuagintà duorum diſcipulorum. Et ulterius poſtquàm dixit Epiſcopos non debere in caſtellis, aut modicis ciuitatibus præfici; præsbyteros uero in illis collocari debere, concludit dicens. Amplius quàm iſti duo ordines ſacerdotum nec nobis à Deo collati ſunt, nec Apoſtoli docuerunt. Ex quibus quidem uerbis pater ille ſanctus iam hos duos ſacerdotii ordines à Deo inſtitutos, atque diſtinctos eſſe affirmat. Et ſubiungit etiam, quòd Epiſcoporum unus eſt ordo, quanquam inter eos aliqua graduum differentia ſit; ut puta Primatorum; Archiepiſcoporum; & Patriarcharum gradus: quorum conſtitutio & diuiſio merè apoſtolica & non diuina traditio eſt. Præterea quòd hic duplex ſacerdotii ordo, Epiſcoporum, ſcilicet, & præsbyterorum differentia, Apoſtolorum tempore in uſu eſſet, manifeſtè etiam patet per ea, quæ in ipſorum regulis (quas ab

Anacl. Ep. tertia. Lu. 10.

Apoſto

Apoſtolis Antiochiæ inſtitutas fuiſſe conſtat) tradita legimus: ubi ſæpe de Epiſcopo, præsbytero, & diacono expreſſa ſit mentio, & inferiorum graduum obediētia, quæ Epiſcopo debetur, ſæpiſſime inculcatur: & maximè in Canone eorum tertiodecimo, cum ſequentibus; atque in triceſimo ſecundo, ubi ſic ſtatuitur. Si quis præsbyter contemnens Epiſcopum ſuum, ſeorſum collegerit, & altare aliud erexerit, deponitor. Et Canon primus cum ſequenti modum ordinationis utriuſque (Epiſcopi, uidelicet, & presbyteri) præfigit; quos certè Canones approbatos eſſe ab eccleſia liquidò nobis conſtat; ut Iſidorus, & Zepherinus cum ſexta ſynodo teſtantur; & in decretorum libris eorum teſtimonia regiſtrantur. Et Petrus inſuper in epiſtola Clementis, diſtincta tam Epiſcopis, quàm præsbyteris munera tribuit. Sic & diuus Ignatius rurſus in prima ſua epiſtola ad Tralianos, & in epiſtola ad Heronem, idem aſſeuerat. Sed & beatus Damaſus, ante mille centum, & nonaginta annos, Epiſcopos à ſacerdotibus non ſolum nomine, ſed & iuriſdictione, & poteſtate diſtinguit, cum in epiſtola ad Epiſcopos Africæ, Chorepiſcopos (hoc eſt uillarum parochos) qui ſolum præsbyterii prærogatiua gaudebant, in ſimplicium ſacerdotum ordinem redigit, eo quòd epiſcoporum munia ſibi arrogabant. Et quòd talis diſtinctio, taleque Epiſcopatus munus à Chriſto immediatè conſtitutum ſit; diuus Auguſtinus in libro de quæſtionibus noui, & ueteris teſtamenti, atteſtatur, affirmans, quòd priuſquàm Chriſtus in cœlos aſcenderet, eleuatis manibus Apoſtolis benedixit, eosque Epiſcopos inſtituit; cuius inſtitutionis opus exprimentes Apoſtoli ipſi, Iaco-

Cano. Apo.

Diſt. 16. c. ſexaginta, cum ſequentibus.

Clemens.

Ignatius.

Damaſus.

Augu.

Luc. ultimo.

Diſti. 66. c. porrò. Vbi glo. notab. bum fratrem Domini (quanquàm ex duodenario numero eſſet, & Epiſcopalem poteſtatem ab ipſo Chriſto recepiſſet) Hieroſolymorum eccleſiæ per manuum impoſitionem cum ſacro unctionis ritu; ut (ſcilicet) ſucceſſoribus formã epiſcopalis ordinationis darent; Epiſcopum ordinauerunt, & præfecerunt. Quem qui-

Dio. de eccle. Hie. c. 5. dem ordinationis modum Dionyſius in eccleſiaſtica Hierarchia; dum horum trium præmiſſorum graduum ordinationis ritum explicat; deſcribit dicens. Modus ordinationis Epiſcopi ſic habet. Præſul ubi ſacrandus offertur, utroque genu ante altare poſito, ſuper caput habeat à Deo tradita euangelia, manumque Pontificis; atque hoc modo à conſecrante Pontifice caſtiſſimis imprecationibus conſummatur. De ſacerdotis uero ordinatione ait. Sacerdos coram ſancto altari utrunque genu ponens, in capite habens Pontificis dexteram, in hunc modum à ſacrante Præſule ſacratiſſimis inuocationibus conſecratur. Vbi ab Apoſtolico uiro de manuum impoſitione, & conſecratione ſeries ponitur, quamuis aliter in Epiſcopo, quàm in præsbytero

Anacl. obſeruetur. Atque inſuper ſanctus martyr Anacletus integrum Epiſcopi ordinationis modum ex diuina traditione ab Apoſtolis obſeruatum nobis plenius expoſuit dicens. Ordinationes Epiſcoporum authoritate apoſtolica, ab omnibus, qui in eadem fuerint prouincia, Epiſcopis ſunt celebrandæ; qui ſimul conuenientes, ſcrutinium diligenter agant, ieiuniumque cum omnibus celebrent precibus; & manus cum ſanctis euangeliis, quæ prædicaturi ſunt, imponentes, dominica die, hora tertia orantes, ſacra unctione, exemplo prophetarum & regum, capita eorum more Apoſtolorum,

&

& Moſis ungant; quia omnis ſanctificatio conſtat in ſpiritu ſancto, cuius uirtus inuiſibilis ſancto chriſmate eſt permixta:& hoc ritu ſolennem celebrent ordinationem. Quòd ſi ſimul omnes conuenire non potuerint, aſſenſum tamen ſuis precibus præbeant,& ab ipſa ordinatione animo non deſint. Et inde ſubiungit dicens. Ne autem putarent fideles hæc è proprio capite comminiſci, porrò Hieroſolymitanus primus Epiſcopus beatus Iacobus, qui iuſtus dicebatur,& ſecundum carnem, Domini nuncupatus eſt frater; à Petro, Iacobo, & Ioanne Apoſtolis eſt ordinatus; ſucceſſoribus, uidelicet, dantibus formã, ut non minus quàm à tribus Epiſcopis, reliquisq́ue omnibus aſſenſum præbentibus, Epiſcopus ordinetur: reliqui uero ſacerdotes à proprio ordinentur Epiſcopo; ita ut ciues, & alii ſacerdotes aſſenſum præbeant,& ieiunantes ordinationem celebrent: ſimiliter & diaconi ordinentur. Vnde ſanctus ille pater ex huius traditionis euulgatione integram Epiſcopi ordinationem nobis deſcripſit, & quàm differens ſit ab ordine ſacerdotali, oſtendit; quam quidem ideo apoſtolicam nuncupauit, quia Apoſtolorũ exemplo, & decretoria ipſorum manifeſtatione eccleſiæ innotuit; ut primus Apoſtolorum Canon habet. Cæterum uero à Domino ipſo Epiſcopalem hanc ordinationem inſtitutam fuiſſe, ſancti fatentur Patres, qui uenerabiles in primitiua eccleſia fuerunt; maximè beatus Anicetus martyr; qui uix quinquaginta annis prænominato Anacleto poſterior fuit. Nam is in epiſtola, quam ad Galliæ eccleſias miſit, cum de Iacobi ordinatione mentionem facit, ait. Si non minus quàm à tribus Apoſtolis tantus uir fuit ordinatus, patet profectò

Anicetus.

formam ordinandi, inſtituente Domino, Apoſtolos tradidiſſe. Ex quibus; ſicut ex præallegatis Auguſtini, & Anacleti uerbis; apparet Epiſcopatum ab ipſo Chriſto; & ſic de iure diuino inſtitutum fuiſſe; & conſtat inſuper quòd ſicut per ſeptuagintaduorum diſcipulorũ electionem præsbyterorum ordo à Chriſto immediatè eſt conſtitutus; ita per duodecim Apoſtolorum gradum ordo Epiſcoporum eadem immediata Chriſti authoritate inſtitutus ſit; ab ipſiſque præsbyteris ſingulari quadam præeminentia ſegregatus. Nam ſicut Petro in plenitudine: ita cæteris Apoſtolis in partem ſolicitudinis, Epiſcopatus munus, paremque poteſtatem Chriſtus dedit, ut ueri Paſtores, & Epiſcopi eſſent. In cuius quidem Chriſti inſtitutionis executionem, ut cæteris quoque ſucceſſoribus ordinandi forma daretur, tres Apoſtoli (uelut tres Epiſcopi) Iacobum Hieroſolymitanum Epiſcopum (ut iam diximus) ordinarunt, ſiue ordinatum manifeſtarunt; atque tali modo prouincia illa ſibi aſſignata fuit, quemadmodum etiam Apoſtolis cæteris per totum orbem uariæ prouinciæ (ſpiritu ſancto dictante) applicatæ fuerunt; in quibus collata ſibi à Chriſto iuriſdictio poteſtasq; ab eis in uſum deducta fuit. Propter quod illam Iacobi ordinationẽ non ex ſola Petri authoritate actam eſſe conſpicimus, qui ſolus ex ui collatæ ſibi à Chriſto uniuerſalis iuriſdictionis Apoſtolos omnes Epiſcopos fecerit (ut aliqui dicunt) ſed ex propria Chriſti, immediataque inſtitutione, in illiusque inſtitutionis ſiue præcepti executionem, celebratam fuiſſe oſtendimus. Velut cum baptiſmus fluminis baptiſmum flaminis rectè ſubſequitur, atque confirmat. Nam ſi ſola Petri authoritas ad hoc

Diſt. 21. in nouo.

Vt in præallega. iuribus ap- pa. & in d. glo. c. por rò.

requireretur; ſolus Petrus Iacobum ordinaſſet; ſed quoniam ex Chriſti uerbo, & inſtitutione id fiebat; ideo Epiſcopalem ordinem diuino iure conceſſum, ſub tali forma conferendum, eorum actione, ſucceſſores omnes docuerunt. Quæ ſanè forma ex ipſius Chriſti doctrina ſumpta eſt; cum ipſe dixerit. Vbi duo uel tres fuerint congregati in nomine meo, in medio eorum ſum. Et alibi dicit. Quòd in ore duorum uel trium ſtat omne uerbum. Quibus quidem uerbis nobis non incongruè ſignificatur, quòd tam ſpiritus ſancti uoluntate; quàm bono eccleſiæ teſtimonio tanti momenti munus, tamque excellens paſtoratus ordo Apoſtolorũ Chriſti ſucceſſoribus conferri deberet. Confirmatur autem hæc noſtra concluſio: quia ſicut etiam ab Epiſcopo præsbyteri ordinantur, & Pontifex ipſe ab Hoſtienſi Epiſcopo conſecratur; & illorum tamen gradus, & ordines iure diuino inſtituti ſunt, immediatèque à Chriſto exhibiti: ita Epiſcopalis ordinationis forma in Iacobo à tribus Apoſtolis ſucceſſoribus omnibus indicata fuit; & nihilominus ab ipſo Chriſto Epiſcopatus ordo inſtitutus; & Apoſtolis immediatè traditus eſt. Vt cum Clemente; Anacleto; Aniceto; Auguſtino: & aliis patribus ſacroſancta Tridentina Synodus Seſſ. 23. annuit; dicens in doctrina ſexti, & ſeptimi Canonis declaratiua; Epiſcopos & à Chriſto, & à ſpiritu ſancto inſtitutos eſſe; & ab ipſo regendi eccleſiam poteſtatem habere. Vbi ait. Proinde ſacroſancta Synodus declarat, præter cæteros eccleſiaſticos gradus, Epiſcopos; qui in Apoſtolorum locum ſucceſſere; ad hunc Hierarchicum ordinem præcipuè pertinere: & poſitos (ſicut Apoſtolus ait) à ſpiritu ſancto regere eccleſiam Dei.

Matt. 18.
2. Cor. 13.

Concilio Trid. Seſſ. 23. cap. 4. & Can. 6

Dei. Nam tria porrò in eccleſiaſtico gradu conſiderantur; uidelicet, uel id quod eſt formale; ut eſt Pontificia, Epiſcopalis, aut ſacerdotalis poteſtas,& dignitas: uel quod eſt materiale; utpura perſona, cui gradus uel ordo traditur: aut id quod miniſteriale dicitur; ut eſt forma uiſibilis, qua ordo ipſe exhibetur. Vnde id quod formale eſt, abſque dubio immediatè à Chriſto eſt: materiale autem, & miniſteriale ab hominibus impenditur; quia tum ab eo qui ordinatur, tum ab ordinantibus Epiſcopis dependet. Et hoc nempe ſenſu intelliguntur etiam Anacleti uerba, qui de Apoſtolo Petro loquens ait. Cæteri Apoſtoli cum eo pari conſortio honorem, & poteſtatem acceperunt, ipſumque Principem eſſe uoluerunt; hoc eſt, uoluntate conſequenti id quod Chriſtus inſtituerat confirmauerunt. Præterea beatus Cyprianus de Epiſcopi ordinatione loquens, à traditione Domini eam profluxiſſe declarat his uerbis dicens. Diligenter de traditione diuina, & apoſtolica obſeruatione ſeruandum, quod apud nos quoque, & ferè per omnes prouincias tenetur; ut ad ordinationes rite celebrandas ad eam plebem, cui præpoſitus ordinatur, Epiſcopi eiuſdem prouinciæ proximi quique conueniant; & Epiſcopus plebe præſente eligatur. Et ſexta ſua epiſtola dicit, quòd qui non ordinatur ſecundũ euangelicam, & apoſtolicam traditionem, non eſt capax qui eccleſiam teneat, aut regat. Et in epiſtola quarta, & octaua ad Cornelium; & in libro quarto epiſtola ſecunda idipſum confirmat. Et quamuis non omnes de unctionis ritu memoriam egerint, ſat eſt quòd Anacletus in præallegato loco; & Clemens quoque, quorum uterque Apoſtolorum diſcipulus fuit, de integro ritu mentionem

Diſt. 21. c. in nouo.

Cyprian. epiſt. 4.

Idem.

Clemens.

mentionem fecerint. Clemens enim in ſecunda ſua epiſtola inquit. Omnis Pontifex ſacro chriſmate perunctus, & in ciuitate conſtitutus, ſcripturis ſacris eruditus, charus & prætioſus hominibus eſſe debet. Anacletus autem in præmiſſo loco præciſam Epiſcopo unctionem in capite fiendam deſignat; ut in regibus, & Moſe, & Aaron factum legitur: quod in ſimplicibus præſbyteris non eo modo obſeruatur: atque inſuper ſpiritualem effectum epiſcopali ordinationi ibidẽ tribuit, qui eſt gratia gratis data, qua is in eccleſia munera hierarchica obire poteſt. Quod & Paulus Apoſtolus conteſtatus eſt, dum ad Timotheum ſcribens ait. Noli negligere gratiam, quæ in te eſt, quæ data eſt tibi per prophetiam cum impoſitione manuum præsbyterii: quaſi diceret, quæ data eſt tibi per manuum impoſitionem, qua ordo præsbyterii dari ſolet. Et alibi rurſus eidem dicit. Admoneo te, ut ſuſcites gratiam Dei, quæ eſt in te per impoſitionem manuum mearum. Atque ſimiliter de Paulo, & Barnaba legitur; quòd per manuum impoſitionem, diuina diſpoſitione, ad Apoſtolatus officium à cæteris Apoſtolis, ieiunio, & orationibus præcedentibus, delegati fuere. Vnde illam puto laudabilem traditionem in eccleſia ortum habuiſſe, ut non niſi ieiunio præcedente, ordines celebrentur. Huius autem manuum impoſitionis ritum ex antiqua lege deuenisse facile credi poteſt; ut etiam Tertullianus affirmat. Nam antiqui Patres hoc ipſo ritu dignitatum prærogatiuas ſuis poſteris impartiri ſolebant; ſicut & unctione olei idem denotabant. Propter quod Iacob per manuũ impoſitionem Effraim, & Manaſſen ad ius filiationis, & hæreditariæ ſucceſſionis aſcripſit. Et Moſes Ioſuè in

Anacletus ubi ſupra.

1. Tim. 4.

2. Tim. 1.

Tertul.

Gene. 48.

ſui

ſui locum per manuum impoſitionem ſubrogauit;& ipſe Ioſue ſpiritus ſancti gratiam ad rectè gubernandum accepit. Vnde in Deuteronomio ſcriptum eſt. Ioſue filius Nun repletus eſt ſpiritu ſancto, quia Moſes poſuit ſuper eum manus ſuas. Ita quòd non ſine magna ratione ſit hæc manuum impoſitio iam in lege introducta,& in Chriſti euangelio,quod legem ipſam uenit implere, confirmata, & maiori authoritate & uirtute roborata; ut etiam Dionyſius in eccleſiaſtica Hierarchiá aſſentire uidetur.Iam ergo hic demõſtrauimus, qualiter inter alios ordines, hi duo, Epiſcopatus, ſcilicet,& præsbyteratus præciſè ab ipſo Chriſto Redemptore noſtro inſtituti, & poſtmodum ab ipſis Apoſtolis,& ab eorum ſucceſſoribus collati, & obſeruati fuerint. Ac præterea quo pacto ii inter ſe maximè diſtent,tum ex collatæ dignitatis differentia, tum uerò ex uariato conſecrationis ritu cognouimus. Quod quidem ex officiis quoque, quæ ſoli Epiſcopi, ex ſpeciali poteſtate ſibi diuinitus collata, exercere poſſunt, facilè comprehendi ualet; nam illi ex peculiari ſibi tradita gratia munera hierarchica in eccleſia obire poſſunt, quæ ſimplices ſacerdotes exequi neque congruum, neque poſſibile eſt; & quamuis ipſi tentent, nihil agunt. Et ea officia idem Dionyſius in eodem eccleſiaſticæ Hierarchiæ libro exactè refert, & ex diuina traditione inſtituta eſſe iterum affirmat, dum ait. Diuina lex pontificalium ordinationum ſanctimoniam; & diuini confectionem unguenti; ſacramque altaris conſecrationem Reuerendiſſimorũ Pontificum officiis, atque uirtutibus æterna ſorte diſtribuit: & in unguenti confectione, etiam impoſitionis manuum poteſtas, qua baptizati confirmantur, includi

Deut. 34.

Dio. de eccl. Hier. parte prima. c. 5.

Vbi ſup.

cludi debet: Ex quibus Dionyſii uerbis apertè patet, quòd omnes præmiſſæ actiones ſolis Epiſcopis compe tant. Alia uero munera, quæ Syluester, & Damaſus, & non nulli alii Patres Epiſcopis tribuunt; ut eſt, uirginum conſecratio; eccleſiarum dedicatio; publicorūq; pœnitentium reconciliatio; & ſimilia; magis uidentur apoſtolica inſtitutione introducta; quàm à diuina traditione ſuborta eſſe. Et hinc eſt, quòd in ſanctorum Patrum decretis confirmatio, & ordinatio ſacerdotis irrita, & uana eſſe omnino dicitur, ſi ab alio quàm ab Epiſcopo attentetur. Quod nō tam ſtrictè de aliis Epiſcopi actionibus refertur. Propter quod hic manifeſtè apparet aliquam eſſe in Epiſcopo facultatem, qua hæc ſolus efficere poteſt, quæ in ſimplici ſacerdote nullo modo reperitur. Vnde Ambroſius in commentariis epiſtolæ Pauli Apoſtoli ad Titum, nefas eſſe dicit, quòd præsbyter Epiſcopum ordinet; ſed neque præſbyterum eum ordinare fas eſt: cum ſupereminens præſbyterio in eo requiratur poteſtas, qui præsbyterii ordinem aliis tradit. Et propterea in Canone Apoſtolorum primo Epiſcopum à tribus Epiſcopis; & in ſequenti Canone præsbyterum ab uno Epiſcopo ordinari præcipitur; nec unquam in eccleſia apparuit, quòd hoc impoſitionis manuum munus alii quàm Epiſcopi rectè obierint, qui certè Apoſtolis ſuccedunt, quibus ſolis manus imponere datum erat. Qua re idem Dionyſius in præaſſerto loco de Epiſcoporum ordine loquens, hoc expreſſius teſtatur dicens. Pontificum ordo ſacratior, primusque eſt diuina ſpeculantium ordinum, idemque & ſummus, & ultimus, quippe in quo deſinit & impletur ſacerdotii noſtri diſtinctio omnis.

Innocentius primus in decre. c. 3. De conſecra. diſt. 4. præsbyteris. Concil. Elo. in decre. ſuper unione Iacobinorum, & Armeniorū. Decret. 5. De conſ. diſt. 5. de iis uero, &c. manus quoque, cum ſeq. Ambro. Conci. Hiſpalen. 2. c. 5. & 7. Th. Ray. & Pet. de pal. De ſac. unctio c. unico. §. per frontis. De conſue. c. quāto. Act. 8. Vbi ſup.

Porrò pontificalis ordinis uirtus in ſacris omnibus diſtinctionibus capitur, & per omnes ſacros ordines operatur propriæ Hierarchiæ myſteria. Et inde. Et ſi à ſacerdotibus quædam uenerabilia ſigna perficiantur; nunquàm tamen diuinam regenerationem ſine ſacratiſſimo conſumabit unguento; neque ſacroſanctæ cõmunionis ſacramenta perficiet, niſi ſignis tanti myſterii altaribus uenerandis impoſitis; nec ipſe quidem ſacerdos erit, niſi pontificalibus officiis ad hoc fuerit promotus. Quòd quidem dixit, ut ſic conſtantiſſime pateat ſemper in eccleſia inter Epiſcopos, & ſacerdotes diſcrimen fuiſſe; atque inſuper peculiaria quædam officia ſacerdotibus non permiſſa penes Epiſcopum iugiter manſiſſe. Atque iterum diſcrimen hoc non eſſe confundendum, in epiſtola ad Demophylum docet. Sed & Philo hoc ipſum affirmat, qui beatum Petrum Romæ uidit, cum eo locutus eſt, & prædicantem audiuit (ſicut Euſebius teſtatur) atque is de uiris apoſtolicis, & de uita contemplatiua ſupplicum librum conſcripſit; in quo expreſſit quomodo diaconi, & præsbyteri officia ſua perficiant; & quòd ſuper omnia cathedra epiſcopalis ſublimitatis, & dignitatis emineat. Ratio autem, cur à ſolis Epiſcopis manus imponantur, & præsbyteri conſecrentur, talis eſſe poteſt. Quia ordo poteſtas eſt, ſiue in ordine poteſtas traditur; & ideo ab eo, qui poteſtatem habet, & in quantum eam habet exhiberi debet: poſſe autem gradus diſtribuere & conferre, cuiusuis poteſtatis non eſt, ſed eius qui in potentia ſupereminet; ſicut etiam in curiæ ſecularis regimine figuratè apparet. Igitur ad hoc ut ordo rectè tradatur, diſpoſuit ſpiritus ſanctus, quòd ab eo traderetur; qui

De ſen.ex com. quare peri- culoſum lib. 6. ubi glo. Et Th. in 4. diſt. 23. & 10.

Philo. Euſeb. li. 2. c. 16. & 17.

Ratio prima. S. Bona. in 4 ſen. diſt. 25.

qui non ſolum ipſum ordinem haberet; ſed qui tum ordines haberet, per quos, ſicut & alii, potens eſſet; tũ uerò eminentiam dignitatis, ſiue epiſcopalem ordinẽ, per quem ſuper alios poſſet. Hunc autem dicimus ordinem, qui dicit ordinem cum eminentia atque maioritate. Vnde ad hoc ut quis ordinem conferre poſſit, duo requiruntur; primum quidem, ut is talem ordinem habeat, deinde ut etiam epiſcopalem gradum, ſiue dignitatem illam ſupereminentem habeat. Alia inſuper ratio eſſe poteſt huiuſmodi epiſcopalis dignitatis, peculiariſque officii: quia ſi omnibus ordines conferre paſſim conceſſum eſſet; tot admitterentur ad ordines, ut ordo non ſeruaretur; imò confuſio generaretur. Et propterea ſummo Dei conſilio, Chriſti inſtitutione, Apoſtolorumque illius obſeruantia ualde rationabiliter diſpoſitum eſt, quòd ſolis Epiſcopis ordinum, & aliorum officiorum diſpenſatio concedatur. Sed & alia ratio ad hoc aſſignari poſſet; ſiue ex eo, quòd Epiſcopus ſponſus eſt, & tanquam ſponſus filios in eccleſia ſpiritualiter ordini generare habet; ſiue ex eo, quòd ſacramentum ordinis ſtatum perfectionis dicit; ideoque iis, qui poteſtatis, & gradus eminentiam habent, illius collatio reſeruari debuit. Qua de re hinc manifeſtè concludimus, quòd inter Epiſcopum, & ſimplicem ſacerdotem magnum diſcrimen ſit; non quòd illud à temporalibus Principibus, uel Regibus emanauerit, ut Ioãnes Vuitcleph mentitur: ſed quòd ab ipſo Chriſto proceſſerit; ita ut Epiſcopus ab ipſa diuina inſtitutione ſit alio ſimplici ſacerdote poteſtate ac dignitate ſuperior. Quod certè hoc etiam argumento ita eſſe conuincitur: nam cum umbram corpori, & figuram ueritati ſimilem

Ratio ſecunda.

Ratio tertia.

Ratio quarta.

milem eſſe oporteat; & cum omnia, quæ in ueteri teſta mento præceſſerunt, figuræ quædam fuerint eorum, quæ in noua lege futura erant; quia legem umbram ha
Heb. 10. buiſſe futurorum bonorum,& omnia antiquis Patribus
1.Co.10. in figura contigiſſe Apoſtolus teſtatur:idcirco figuram ſacerdotii ueteris teſtamenti ſacerdotio figurato noui teſtamenti conformem eſſe decet. Sed in lege ueteri ſa cerdotum diſtinctio fuit; nam ſummus ſacerdos,& Pō tifex Moſes fuit; ſic & Aaron ſummus fuit ſacerdos; filii autem eius minores ſacerdotes inſtituti ſunt; ſummus autem ſacerdos à minoribus diſtincta ornamenta habebat, ſummus ſacerdos in ſancta ſanctorum intra-
Leu. 6. bat, quod ſacerdotibus aliis non licebat, ut ex *Leuiti-*
Heb. 9. *co* libro, & ex epiſtola Pauli ad Hebræos habetur: atque ad ſolum denique ſummum ſacerdotem expiationis feſtum celebrare pertinebat; & huius imperio qui inobediens erat, morte plectebatur; quod de cæteris ſa cerdotibus non eueniebat. Igitur cum tam latum in ueteri lege inter ſacerdotes diſcrimen præceſſerit, inde cō iicimus, ut diuerſum etiam in noua lege ſacerdotium
Leo, in epiſt. 66. à Chriſto fuerit inſtitutum; ut Leo in ſuis epiſtolis aſſentit, quas ad Germaniæ, & Galliæ Epiſcopos ſcribit; ubi ait. In diuinis literis præcipiente Domino ſolus Moſes in tabernaculo erexit altare, ſolus ipſe unxit, qui utique ſummus Dei ſacerdos erat; ideoque id quod tā
Conc. Hiſpalen. 2. c. 7. tum facere principibus ſacerdotum iuſſum eſt (quorum typum Moſes, & Aaron tenuerunt) omnino decretum eſt, ut Chorepiſcopi, uel præsbyteri, qui filiorum Aaron figuram geſtant, accipere nō præſumant. Quam etiam differentiam Dionyſius in epiſtola ad Demophy
Diony. lum præaſſerta docet, dicens. Sacerdotes angeli ſunt,

diuinorũ iudiciorũ, continuò poſt Pôtificem magiſtri. Et in libro de eccleſiaſtica Hierarchia idem affirmat. Similiter diuus Hieronymus, ad Nepotianum ſcribens, etſi ibi Epiſcoporum inſolentiam præ ſe præsbyteros contemnentium reprehendat, gradumque præsbyterii exaltet, & commendet; differentiam tamen inter eos conſtituit, dum illum alloquens, dicit. Eſto ſubiectus Pontifici tuo, & tanquàm animæ parentem ſuſcipe. Et inde ait. Quod Aaron, & filios eius; hoc Epiſcopum, & præsbyteros eſſe nouerimus. Vnus Dominus, unum templum, unus idemque cultus. Quæ porrò uerba ueteres, nouosque errores omnino refellunt, qui epiſcopalem dignitatem reiiciunt: nam hic docet Hieronymus Nepotianum Pontifici ſubditum eſſe debere; ſicut talis ſubiectionis exemplum, atque ordo ex Aaron, & filiis eius ſibi ſubiectis in ueteri teſtamêto extabat, quo ipſe ad ſimilem ſubmiſſionem prouocari debebat. Quoniam ſi ad Exodi, & Leuitici libros recurrimus, tunc ſanè uidemus Aaron ſummum ſacerdotem (ut præmiſimus) filios autem eius inferiores fuiſſe. Quod quidem nobis ex tribus conſtat; tum quia ſcriptura ſacra ipſum, & ſucceſſores ſuos ſummos ſacerdotes ſemper appellat: tum quia ſolus ille (ut dictum eſt) decentius, & ſolennius, atque magnificentius ex Domini præcepto ueſtiebatur: tum denique, quoniam in Leuitico apparet Aaron in capite unctum fuiſſe; in Exodo autem filios eius in manibus tantũ unctos eſſe legimus. Quod diſcrimen non ſine maximo myſterio etiam in noui teſtamenti ſacris ordinibus præcisè obſeruatur; atque hinc duplex ſacerdotii ordo, ſiue gradus diſtinguitur. Vnde ſuper hoc Vgo ait. Vnctio capitis peculiariter ad Epiſco-

Idem Diony. de eccl. hierar. par. 1. c. 1.

Exo. 28.

Leu. 8.

Exo. 28. & 29.

Vgo.

Epiſcopum pertinet, unde recogitet ſe illius eſſe uicarium, de quo ſcriptum eſt. Vnxit te Deus Deus tuus
Pſal. 44. oleo lætitiæ præ conſortibus tuis. Qua de cauſa in Epiſcopi ordinatione Pſalmus canitur, qui dicit. Sicut unguentum in capite, quod deſcendit in barbam, barbam Aaron. Et propterea hic Hieronymus nil aliud dicere magis intendebat, quàm Epiſcopos monere, ut præsbyteros aſſentatoribus, & mimis non poſtponerent, & ad libitum eos contemnerent, & ut uiles famulos detrectarent; ſed ut tanquam filios, & ſacerdotes uenerabiles amarent, ſicut Aaron filios ſuos ſacerdotes dilexit, & honorauit; qui præsbyterorum gradum figurabant; ut
Diſt. 21. c. in nouo. Anacle. etiam cum Hieronymo Anacletus in ſecunda *epiſtola* ad Epiſcopos Italiæ manifeſtè aſſentit. Nam ſic præſbyteros honorando, honorantur Epiſcopi; cum eò magis ſuperiorum authoritas, & ueneratio apud omnes accreſcat; quò gradus ſibi inferior in honore conſeruari, & æſtimari contigerit. Non obſtat uerò, ſi quis dixerit; quòd Aaron ad eccleſiæ Epiſcopos non rectè comparetur, cum Aaron ſummus ſacerdos diceretur, qui tamen neque Papam figurare poteſt; cum non ſolum Aaron, ſed & Moſem ſummum ſacerdotem, & populi Iſ-
Pſal. 98. rael ductorem fuiſſe reperiamus; ſicut ſcriptum eſt. Moſes, & Aaron in ſacerdotibus eius. Vnde uel hoc nihil cum noſtro ſacerdotio conuenit; uel duo in eccleſia ſummi ſacerdotes, ſiue Pontifices eſſe deberent (ſi figuræ figuratum reſpondere oporteat) atque duo capita in eccleſia cõſtituta eſſe. Quod quàm abſurdum ſit, neminem latet. Ergo hoc nihil ad rem attinet. Nam ad
Figura eccleſiæ. hæc reſpondemus, uerè nec iota unum eorum, quæ in figuris contigerunt Iudæis, fuiſſe prætcritum, quod in

noua

noua lege adimpletum non fuerit. Nam manifeſtum eſt Iudæorum ſinagogam præſentis eccleſiæ umbram quandam fuiſſe; & populum illum huius populi fuiſſe figuram. Præterea iter, quo ad terram promiſſionis per ſolitudinem ambulabant, noſtrum iter, quo uiatores per deſertũ mundi huius peragramus, & ad promiſſam cœleſtem patriam tendimus, denotaſſe. Atque populi illius ductores (qui Moſes, & Aaron fuere) ſuis ſignificationibns carere non poſſunt. Sed, ſicut umbra corpori, & ſubſtantiali ueritati in omnibus conformatur, & ſicut quicquid in umbra continetur, id per omnia & particulari examine, & ſingulari collatione in corpore reperies, ita ut oculis umbram cum corpore conferens, & umbræ portiunculam quamlibet obſeruans, uidere poſſis aliam umbræ portionem caput, aliam brachia, aliam crura, aliam corporis ſtipitem, atque etiam aliã naſum, manus, digitos, & alia ſingularia repræſentare: ſic per omnia myſterium illud ductorum populi Iſrael in Chriſtiano populo impletum eſſe conuenit; nam cũ cætera adamuſſim reſpondere uideamus, nempe Pharaoni diabolum, Aegypto peccatum, exitui ab Aegypto exitum à tenebris peccatorum, Iudæorum populo chriſtianum gregem, itineri ſolitudinis iter deſerti huius mundi, & terræ promiſſionis cœleſtem patriam; ita nihil minus Moſem, & Aaron uelut umbras quaſdam ſuis ueritatibus reſpondere debere, & duo in nouo teſtamento reperiri, quorum alter ſub altero dux nõbis in hac peregrinatione ſit, ut Moſes, & Aaron Iudæis fuerunt, neceſſarium uidemus. Et hi nimirum ſunt Papa, & Epiſcoporum gradus ipſi Papæ inferior. Quod ita eſſe facile comprobamus, cum primò ratione ſacer

Simile.

dotii hoc ſuccedat, quia ſicut Moſes, & Aaron ueteris legis ſacerdotes fuerunt; ita Papa, & Epiſcopus inferior, legis nouæ ſacerdotes ſunt. Deinde ſicut Deus Moſem ſacrauit, ut populi ſui Principem, ſummumque Pontificem, qui ſolus in tabernaculo altare erexit, ſoluſque ipſe illud unxit; Aaron uerò in partem ſolicitudinis Moſi ſubordinauit, & ipſum quoque magnum ſacerdotem dici uoluit: atque inde filios Aaron conſecrari iuſſit, abſque dubio Aaron minores, & inferiores: ita certe Dominus noſter Petrum in Principem eccleſiæ, ſummumque Pontificem conſtituit; Apoſtolorum uerò ſenatum in partem ſolicitudinis ipſi Petro ſubordinauit, quos etiam eminentes in eccleſia eſſe uoluit, magnoſque ſacerdotes, & Epiſcopos inſtituit. Atque ſubinde ſeptuagintaduos diſcipulos, abſque dubio Apoſtolis ipſis inferiores, in eiuſdem miniſterii auxilium ſubiunxit; quibus omnibus Papa, Epiſcopi, & Præsbyteri ſuo ordine deinceps ſuccedere ſolent. Cæterum uero ſicut Aaron, inferiorum ſibi ſacerdotum comparatione, uel Pontifex, uel ſummus ſacerdos dicebatur; & nihilominus Moſes ſupremus erat, atque illo ſuperior: ita (pro huius figuræ conformitate) arbitror, eos modo Pontifices, ſiue Epiſcopos, ſiue ſummos ſacerdotes, reſpectu ſibi inferiorum, appellari poſſe, qui poſt Papam primi ſunt, atque cum eo eodem epiſcopali ordine decorantur; ita ut Papa Pontifex maximus, ſiue Epiſcopus ſupremus appelletur: & inferiores quoque Epiſcopi, Pontifices, ſiue Epiſcopi dicantur; nam & in ſinagoga Pontifices plures nominabantur. Quapropter Papa, Epiſcopus, ſiue Pontifex abſolute appellatur, quia ſuperiorem in terra non habet: Epiſcopus

Exo. 3. & 4. Exo. 27. & 30. Exo. 28. & 29. Matt. 16. Ioan. 21. Ioan. 20. Lu. 10.

uerò

uero Papa inferior etiam ipſe Epiſcopus, ſiue etiam Pontifex, non quidem ſimpliciter, ſed comparatiue, ſiue reſpectiue ad ſibi ſubiectos ordines dici ſolet. Vnde ſicut Epiſcopus, ſiue Pontifex inferior, ſummus ſacerdos antedicto reſpectu dici poſſet; ita Romanus Epiſcopus, Petrique ſucceſſor, & Chriſti uicarius, tum ſummus Epiſcopus, tum ſummus Pontifex, tum etiam Papa proprio uocabulo nominatur. Et quamuis quod maius eſt id quod minus eſt in ſe contineat, & ſummus Pōtifex inferioribus ſibi nominibus appellari poſſit, non tamen è contra eueniet. Et propterea quòd hæc Epiſcoporum, & Præsbyterorum differentia iam in teſtamento ueteri præfigurata, poſtmodum in noua lege adimpleta, & in noſtro ſacerdotio à Chriſto uero, & primo ſacerdote confirmata fuerit, ex eo manifeſtè patet, quòd ipſe Dominus Apoſtolos, atque inde diſcipulos in ſalutis humanæ miniſterium elegerit. Vnde modo Epiſcopi (ut iam dictum eſt) Apoſtolorum ſucceſſores ſunt, quia (ſcilicet) eorum locum tenent, ſiue ſtatum illorum repræſentant: alii autem clerici, hoc eſt, omnes præsbyteri, ſiue etiam diaconi in locum ſeptuaginta duorum diſcipulorum ſubrogati ſunt. Nullus autem dubitat (quod & ipſe Vuitcleph conceſſit, ut Thomas Vualdenſis teſtatur) Apoſtolos ſingulari quadam prærogatiua, merito, & dignitate cæteris diſcipulis ſuperiores fuiſſe. Ideoque Epiſcopos, qui Apoſtolos referunt, præsbyteros, qui diſcipulis ſimilantur, præcellere maximè congruit.

Luc. 6.
Io. 6. 13.
15.

De Epiſcopatus, & Sacerdotij differentia, iure diuino introducta: & de Verborum Ignatij, & Hieronymi intelligentia ſuper huiuſmodi re.

SECTIO QVARTA.

AT uero, quia Epiſcopos Apoſtolorum, & præsbyteros aliorum diſcipulorum Chriſti ſucceſſores eſſe Vuitcleph negat; qui omnes ſacerdotes pares eſſe, nec epiſcopatu diſtingui, ſed omnes Apoſtolis ſuccedere, ſolos autem diaconos diſcipulorum locum tenere mendaciter aſſerit: idcirco, ut communibus, & legitimis teſtimoniis, Epiſcopos ſolos eſſe Apoſtolorum ſucceſſores; ſacerdotes uerò ſimplices, & diaconos quoque (ut de Philippo, Stephano, & aliis diaconis fuiſſe conſtat) diſcipulorum Chriſti ſucceſſores eſſe probemus, relictis multis recentiorum atteſtationibus, antiquiorum teſtimonia adducemus. Et in primis in medium affero uenerabilem Bedam, qui in Lucæ euangelium ſcribens, ſic ait. Sicut duodecim Apoſtolos Epiſcoporum formam exhibere ſimul, & demonſtrare, nemo eſt, qui dubitet; ſic & hos ſeptuagintaduos (ſcilicet diſcipulos) figuram præsbyterorum, hoc eſt; ſecundi ordinis ſacerdotum geſſiſſe ſciendum eſt, tametſi primis eccleſiæ temporibus (ut apoſtolica ſcriptura teſtis eſt) utrique præsbyteri, utrique uocabantur Epiſcopi, quorum unum ſcientiæ maturitatem, aliud induſtriam curæ paſtoralis ſignificat. Deinde Iſidorus in quodam ſermone Synodi habitæ eandem ſententiam

Actorum. 6.

Beda, lib. 3. c. 5.

Iſidorus.

tentiam profert & ab Vgone de S. Victore confirmatur, ubi ait. Præsbyteri ſucceſſores, & uicarii ſunt ſeptuagintaduorum diſcipulorum, qui præcedebant Dominum Ieſum in omnem ciuitatem & locum, quò ipſe erat uenturus; ita quippe præsbyteri, qui adiutores ſunt Epiſcoporum, rudes populos cathechizando initiant, baptizando unitati eccleſiæ incorporant, & in ſacramentis uſque ad manus impoſitionem populo Dei miniſtrant. Epiſcopi uero ſucceſſores ſunt Apoſtolorum, qui quidem ex neceſſitate ad adiutorium & ſupplementum ſui officii in tanta multitudine populorum regendorum miniſterium ſibi expetunt ſacerdotum; ſicut Moſes in eremo ſeptuaginta uiros prudentes elegit. Et Leo omnibus Epiſcopis & præsbyteris ſcribens, idem aſſerit. Et beatus Damaſus in Epiſtola de Chorepiſcopis, quos ſolum ſacerdotes eſſe decernit, poſtquã dixerat eos non poſſe confirmationis ſacramentum miniſtrare, ita inquit. Quòd autem ſolis Apoſtolis, eorumque ſucceſſoribus proprii ſit officii tradere ſpiritũ ſanctum, liber actuum Apoſtolorum docet; præſertim cum nullus ex ſeptuaginta duobus diſcipulis, quorum iſti in eccleſia ſpeciem gerunt, legatur donum ſpiritus ſancti per manuum impoſitionem tradidiſſe. Sed præterea Vrbanus Pontifex, & martyr in epiſtola de communi uita, & oblatione fidelium, de rebus eccleſiæ à quibus diſpenſari deberent loquens ait. Ipſæ uero res in ditione ſingulorum parochiarũ Epiſcoporum, qui locum tenent Apoſtolorum, erant, & ſunt uſque adhuc, & futuris ſemper debent eſſe temporibus. Quibus uerbis ſatis apertè dixit Epiſcopos Apoſtolorum ſucceſſores eſſe, nulla præsbyterorum, in hoc mentione facta.

Vgo.

Leo.

Diſt. 68. c. quamuis, cũ ſequentibus.

Damaſus.

Act. 8.

Vrbanus.

Anacletus. Sed his addere etiam libet Anacletum Papã, & martyrẽ, qui quartus à beato Petro Apoſtolo in eccleſiæ cathedra ſedit. Et quamuis illius uerba curſim præmiſerim; ubi de eccleſiaſticorum ordinum differentia agebam; tamen hic diffuſius ea referam, quæ in hoc propoſitum, in epiſtola de Patriarchis, & Primatibus, ac reliquis Epiſcopis, allegat dicens. Sacerdotum (fratres) ordo bipartitus eſt; & ſicut Dominus illum conſtituit, à nullo debet perturbari. Scitis autem à Domino Apoſtolos eſſe electos & conſtitutos, & poſtea per diuerſas prouincias ad prædicandum diſperſos; cum uerò meſſis creſcere cœpiſſet, uidens paucos eſſe operarios, ad eorũ adiumentum ſeptuagintaduos eligi præcepit diſcipulos. Epiſcopi uerò Domini Apoſtolorum; Præsbyteri quoque ſeptuagintaduorum diſcipulorum locum tenent. Vnde huic ſoli (etiam ſi aliud teſtimonium non adeſſet) firmiter credendum eſſet; nam hic præter uitæ ſanctitatem, quam additum martyrium maximè commendat, beatos Apoſtolos uidit, & (ut ipſe in principio epiſtolæ, quam modo citauimus, teſtatur) à beato Petro Apoſtolo fuit præsbyter ordinatus; propter quod illum ueram Apoſtolorum mentem penetraſſe, & illorũ

Augu. de hære. c. 53. ſpiritum tenuiſſe credendum eſt. Sed inſuper B. Auguſtinus in libro de hæreſibus, Aerii errores enumerans, hunc inter illos recenſet; quòd, uidelicet, præsbyteros pares Epiſcopis fecerit. Et hinc eſt, quòd tam ordinis, quàm confirmationis ſacramentum, exemplo Apoſtolorum, à ſolis Epiſcopis, & non à cæteris ſacerdotibus conferri poteſt; nam Apoſtolorum tantummodo hoc

Act. 8. & 19. officium fuit, non cæterorum diſcipulorum; ut in Apoſtolorum actis ſæpe ab eis obſeruatum fuiſſe legitur. Et

Fabianus Papa, & martyr in epiſtola, quam ad orientales Epiſcopos ſcribit, idem confirmat. Et beatus Innocentius I. in epiſtola ad Decentium Egubinum Epiſcopum ait. De conſignandis uerò infantibus manifeſtum eſt ab alio fieri, quàm ab Epiſcopo non licere; nam præsbyteri licet ſacerdotes ſint, Pontificatus tamẽ apicem non habent. Hæc autem Pontificibus ſolis deberi, ut uel conſignent, uel ſpiritum paracletum tradant, non ſolum conſuetudo eccleſiaſtica demonſtrat, uerum illa lectio actuum Apoſtolorum, quæ aſſerit Petrum, & Ioãnem eſſe directos, qui iam baptizatis ſpiritum traderẽt. Ecce igitur quomodo ex his omnibus apparet Epiſcopos in locum Apoſtolorum, Præsbyteros uerò in locũ diſcipulorum Chriſti ſuffectos eſſe; non tamen quòd præciſè in loca, & ſedes eorum ſuccedere dicantur; quia dici non poteſt, quòd quis Epiſcopus uel Ioannis, uel Andreæ, uel Iacobi, uel alicuius cæterorum Apoſtolorum ſedem ſingulariter occupet; ſed eo modo ſucceſſores dicuntur Apoſtolorum, quòd in eorum locum ſurgere, & eos figurare ſoleant; ſicut & præsbyteri ſeptuagintaduos Domini diſcipulos referunt: Romanũ uerò Pontificem non ſolum Petrum Chriſti uicarium, & Apoſtolorum Principem referre dicimus, uerum etiam eum Petri ſucceſſorem præciſè uocamus, quoniã is in ſedem Petri uerè & ſingulariter ſuccedit, & Chriſti uicarius dicitur; cæteriſque Epiſcopis eſt prælatus, ſicut & Petrus Apoſtolorum Princeps fuit. Hinc & Auguſtinus in uerba pſalmi dicentia; Pro Patribus tuis nati ſunt tibi filii; dicit. Genuerunt te Apoſtoli, ipſi miſſi ſunt, ipſi prædicauerunt, ipſi Patres; ſed nunquid nobiſcum corporaliter ſemper eſſe potuerunt? ergo illorum

Fabianus.

Innocentius primus in epiſtola ad Decentiũ. c. 3.

Actorum 8.

Auguſt. in Pſal. 54.

Diſt. 68. c. ultimo.

diſceſſu

milem eſſe oporteat; & cum omnia, quæ in ueteri teſta mento præceſſerunt, figuræ quædam fuerint eorum, quæ in noua lege futura erant; quia legem umbram habuiſſe futurorum bonorum, & omnia antiquis Patribus in figura contigiſſe Apoſtolus teſtatur: idcirco figuram ſacerdotii ueteris teſtamenti ſacerdotio figurato noui teſtamenti conformem eſſe decet. Sed in lege ueteri ſacerdotum diſtinctio fuit; nam ſummus ſacerdos, & Pōtifex Moſes fuit; ſic & Aaron ſummus fuit ſacerdos; filii autem eius minores ſacerdotes inſtituti ſunt; ſummus autem ſacerdos à minoribus diſtincta ornamenta habebat, ſummus ſacerdos in ſancta ſanctorum intrabat, quod ſacerdotibus aliis non licebat, ut ex Leuitico libro, & ex epiſtola Pauli ad Hebræos habetur: atque ad ſolum denique ſummum ſacerdotem expiationis feſtum celebrare pertinebat; & huius imperio qui inobediens erat, morte plectebatur; quod de cæteris ſacerdotibus non eueniebat. Igitur cum tam latum in ueteri lege inter ſacerdotes diſcrimen præceſſerit, inde cōiicimus, ut diuerſum etiam in noua lege ſacerdotium à Chriſto fuerit inſtitutum; ut Leo in ſuis epiſtolis aſſentit, quas ad Germaniæ, & Galliæ Epiſcopos ſcribit; ubi ait. In diuinis literis præcipiente Domino ſolus Moſes in tabernaculo erexit altare, ſolus ipſe unxit, qui utique ſummus Dei ſacerdos erat; ideoque id quod tātum facere principibus ſacerdotum iuſſum eſt (quorum typum Moſes, & Aaron tenuerunt) omnino decretum eſt, ut Chorepiſcopi, uel præsbyteri, qui filiorum Aaron figuram geſtant, accipere nō præſumant. Quam etiam differentiam Dionyſius in epiſtola ad Demophylum præaſſerta docet, dicens. Sacerdotes angeli ſunt, diuino-

Heb. 10. 1. Co. 10.

Leu. 6. Heb. 9.

Leo, in epiſt. 66.

Conc. Hiſpalen. 2. c. 7.

Diony.

diuinorũ iudiciorũ, continuò poſt Pōtificem magiſtri. Et in libro de eccleſiaſtica Hierarchia idem affirmat. Similiter diuus Hieronymus, ad Nepotianum ſcribens, etſi ibi Epiſcoporum inſolentiam præ ſe præsbyteros contemnentium reprehendat, gradumque præsbyterii exaltet, & commendet; differentiam tamen inter eos conſtituit, dum illum alloquens, dicit. Eſto ſubiectus Pontifici tuo, & tanquàm animæ parentem ſuſcipe. Et inde ait. Quod Aaron, & filios eius; hoc Epiſcopum; & præsbyteros eſſe nouerimus. Vnus Dominus, unum templum, unus idemque cultus. Quæ porrò uerba ueteres, nouoſque errores omnino refellunt, qui epiſcopalem dignitatem reiiciunt: nam hic docet Hieronymus Nepotianum Pontifici ſubditum eſſe debere, ſicut talis ſubiectionis exemplum, atque ordo ex Aaron, & filiis eius ſibi ſubiectis in ueteri teſtamẽto extabat, quo ipſe ad ſimilem ſubmiſſionem prouocari debebat. Quoniam ſi ad Exodi, & Leuitici libros recurrimus, tunc ſanè uidemus Aaron ſummum ſacerdotem (ut præmiſimus) filios autem eius inferiores fuiſſe. Quod quidem nobis ex tribus conſtat; tum quia ſcriptura ſacra ipſum, & ſucceſſores ſuos ſummos ſacerdotes ſemper appellat: tum quia ſolus ille (ut dictum eſt) decentius, & ſolennius, atque magnificentius ex Domini præcepto ueſtiebatur: tum denique, quoniam in Leuitico apparet Aaron in capite unctum fuiſſe; in Exodo autem filios eius in manibus tantũ unctos eſſe legimus. Quod diſcrimen non ſine maximo myſterio etiam in noui teſtamenti ſacris ordinibus præcisè obſeruatur; atque hinc duplex ſacerdotii ordo, ſiue gradus diſtinguitur. Vnde ſuper hoc Vgo ait. Vnctio capitis peculiariter ad Epiſco-

Idem Diony. de eccl. hierar. par. 2. c. 2.

Exo. 28.

Leu. 8.

Exo. 28. & 29.

Vgo.

noua lege adimpletum non fuerit. Nam manifeſtum eſt Iudæorum ſinagogam præſentis eccleſiæ umbram quandam fuiſſe; & populum illum huius populi fuiſſe figuram. Præterea iter, quo ad terram promiſſionis per ſolitudinem ambulabant, noſtrum iter, quo uiatores per deſertũ mundi huius peragramus, & ad promiſſam cœleſtem patriam tendimus, denotaſſe. Atque populi illius ductores (qui Moſes, & Aaron fuere) ſuis ſignificationibns carere non poſſunt. Sed, ſicut umbra corpori, & ſubſtantiali ueritati in omnibus conformatur, & ſicut quicquid in umbra continetur, id per omnia & particulari examine, & ſingulari collatione in corpore reperies, ita ut oculis umbram cum corpore conferens, & umbræ portiunculam quamlibet obſeruans, uidere poſſis aliam umbræ portionem caput, aliam brachia, aliam crura, aliam corporis ſtipitem, atque etiam aliã naſum, manus, digitos, & alia ſingularia repræſentare: ſic per omnia myſterium illud ductorum populi Iſrael in Chriſtiano populo impletum eſſe conuenit; nam cũ cætera adamuſſim reſpondere uideamus, nempe Pharaoni diabolum, Aegypto peccatum, exitui ab Aegypto exitum à tenebris peccatorum, Iudæorum populo chriſtianum gregem, itineri ſolitudinis iter deſerti huius mundi, & terræ promiſſionis cœleſtem patriam; ita nihil minus Moſem, & Aaron uelut umbras quaſdam ſuis ueritatibus reſpondere debere, & duo in nouo teſtamento reperiri, quorum alter ſub altero dux nõbis in hac peregrinatione ſit, ut Moſes, & Aaron Iudæis fuerunt, neceſſarium uidemus. Et hi nimirum ſunt Papa, & Epiſcoporum gradus ipſi Papæ inferior. Quod ita eſſe facile comprobamus, cum primò ratione ſacerdotii

Simile.

dotii hoc ſuccedat, quia ſicut Moſes, & Aaron ueteris legis ſacerdotes fuerunt; ita Papa, & Epiſcopus infe-
Exo. 3. & 4. rior, legis nouæ ſacerdotes ſunt. Deinde ſicut Deus
Exo. 27. & 30. Moſem ſacrauit, ut populi ſui Principem, ſummumque Pontificem, qui ſolus in tabernaculo altare erexit, ſoluſque ipſe illud unxit; Aaron uerò in partem ſolicitudinis Moſi ſubordinauit, & ipſum quoque magnum ſa
Exo. 28. & 29. cerdotem dici uoluit: atque inde filios Aaron conſecrari iuſſit, abſque dubio Aaron minores, & inferiores:
Matt. 16. ita certe Dominus noſter Petrum in Principem eccle-
Ioan. 21. ſiæ, ſummumque Pontificem conſtituit; Apoſtolorum uerò ſenatum in partem ſolicitudinis ipſi Petro ſubordinauit, quos etiam eminentes in eccleſia eſſe uoluit,
Ioan. 20. magnoſque ſacerdotes, & Epiſcopos inſtituit. Atque
Lu. 10. ſubinde ſeptuagintaduos diſcipulos, abſque dubio Apoſtolis ipſis inferiores, in eiusdem miniſterii auxilium ſubiunxit; quibus omnibus Papa, Epiſcopi, & Præsbyteri ſuo ordine deinceps ſuccedere ſolent. Cæterum uero ſicut Aaron, inferiorum ſibi ſacerdotum comparatione, uel Pontifex, uel ſummus ſacerdos dicebatur; & nihilominus Moſes ſupremus erat, atque illo ſuperior: ita (pro huius figuræ conformitate) arbitror, eos modo Pontifices, ſiue Epiſcopos, ſiue ſummos ſacerdotes, reſpectu ſibi inferiorum, appellari poſſe, *qui* poſt Papam primi ſunt, atque cum eo eodem epiſcopali ordine decorantur; ita ut Papa Pontifex maximus, ſiue Epiſcopus ſupremus appelletur: & inferiores quoque Epiſcopi, Pontifices, ſiue Epiſcopi dicantur; nam & in ſinagoga Pontifices plures nominabantur. Quapropter Papa, Epiſcopus, ſiue Pontifex abſolute appellatur, quia ſuperiorem in terra non habet: Epiſcopus

uerò

uero Papa inferior etiam ipſe Epiſcopus, ſiue etiam Pontifex, non quidem ſimpliciter, ſed comparatiue, ſiue reſpectiue ad ſibi ſubiectos ordines dici ſolet. Vnde ſicut Epiſcopus, ſiue Pontifex inferior, ſummus ſacerdos antedicto reſpectu dici poſſet; ita Romanus Epiſcopus, Petrique ſucceſſor, & Chriſti uicarius, tum ſummus Epiſcopus, tum ſummus Pontifex, tum etiam Papa proprio uocabulo nominatur. Et quamuis quod maius eſt id quod minus eſt in ſe contineat, & ſummus Pótifex inferioribus ſibi nominibus appellari poſſit, non tamen è contra eueniet. Et propterea quòd hæc Epiſcoporum, & Præsbyterorum differentia iam in teſtamento ueteri præfigurata, poſtmodum in noua lege adimpleta, & in noſtro ſacerdotio à Chriſto uero, & primo ſacerdote confirmata fuerit, ex eo manifeſtè patet, quòd ipſe Dominus Apoſtolos, atque inde diſcipulos in ſalutis humanæ miniſterium elegerit. Vnde modo Epiſcopi (ut iam dictum eſt) Apoſtolorum ſucceſſores ſunt, quia (ſcilicet) eorum locum tenent, ſiue ſtatum illorum repræſentant: alii autem clerici, hoc eſt, omnes præsbyteri, ſiue etiam diaconi in locum ſeptuaginta duorum diſcipulorum ſubrogati ſunt. Nullus autem dubitat (quod & ipſe Vuitcleph conceſſit, ut Thomas Vualdenſis teſtatur) Apoſtolos ſingulari quadam prærogatiua, merito, & dignitate cæteris diſcipulis ſuperiores fuiſſe. Ideoque Epiſcopos, qui Apoſtolos referunt, præsbyteros, qui diſcipulis ſimilantur, præcellere maximè congruit.

Luc. 6. Io. 6. 13. 15.

De Epiſcopatus, & Sacerdotij differentia, iure diuino introducta: & de Verborum Ignatij, & Hieronymi intelligentia ſuper huiuſmodi re.

SECTIO QVARTA.

AT uero, quia Epiſcopos Apoſtolorum, & præſbyteros aliorum diſcipulorum Chriſti ſucceſſores eſſe Vuitcleph negat; qui omnes ſacerdotes pares eſſe, nec epiſcopatu diſtingui, ſed omnes Apoſtolis ſuccedere, ſolos autem diaconos diſcipulorum locum tenere mendaciter aſſerit: idcirco, ut communibus, & legitimis teſtimoniis, Epiſcopos ſolos eſſe Apoſtolorum ſucceſſores; ſacerdotes uerò ſimplices, & diaconos quoque (ut de Philippo, Stephano, & aliis diaconis fuiſſe conſtat) diſcipulorum Chriſti ſucceſſores eſſe probemus, relictis multis recentiorum atteſtationibus, antiquiorum teſtimonia adducemus. Et in primis in medium affero uenerabilem Bedam, qui in Lucæ euangelium ſcribens, ſic ait. Sicut duodecim Apoſtolos Epiſcoporum formam exhibere ſimul, & demonſtrare, nemo eſt, qui dubitet; ſic & hos ſeptuaginta duos (ſcilicet diſcipulos) figuram præsbyterorum, hoc eſt; ſecundi ordinis ſacerdotum geſſiſſe ſciendum eſt, tametſi primis eccleſiæ temporibus (ut apoſtolica ſcriptura teſtis eſt) utrique præsbyteri, utrique uocabantur Epiſcopi, quorum unum ſcientiæ maturitatem, aliud induſtriam curæ paſtoralis ſignificat. Deinde Iſidorus in quodam ſermone Synodi habitæ eandem ſententiam

Actorum. 6.

Beda, lib. 3.c.5.

Iſidorus.

tentiam profert & ab Vgone de S. Victore confirmatur, ubi ait. Præsbyteri ſucceſſores, & uicarii ſunt ſeptuagintaduorum diſcipulorum, qui præcedebant Dominum Ieſum in omnem ciuitatem & locum, quò ipſe erat uenturus; ita quippe præsbyteri, qui adiutores ſunt Epiſcoporum, rudes populos cathechizando initiant, baptizando unitati eccleſiæ incorporant, & in ſacramentis uſque ad manus impoſitionem populo Dei miniſtrant. Epiſcopi uero ſucceſſores ſunt Apoſtolorum, qui quidem ex neceſſitate ad adiutorium & ſupplementum ſui officii in tanta multitudine populorum regendorum miniſterium ſibi expetunt ſacerdotum; ſicut Moſes in eremo ſeptuaginta uiros prudentes elegit. Et Leo omnibus Epiſcopis & præsbyteris ſcribens, idem aſſerit. Et beatus Damaſus in Epiſtola de Chorepiſcopis, quos ſolum ſacerdotes eſſe decernit, poſtquã dixerat eos non poſſe confirmationis ſacramentum miniſtrare, ita inquit. Quòd autem ſolis Apoſtolis, eorumque ſucceſſoribus proprii ſit officii tradere ſpiritũ ſanctum, liber actuum Apoſtolorum docet; præſertim cum nullus ex ſeptuaginta duobus diſcipulis, quorum iſti in eccleſia ſpeciem gerunt, legatur donum ſpiritus ſancti per manuum impoſitionem tradidiſſe. Sed præterea Vrbanus Pontifex, & martyr in epiſtola de communi uita, & oblatione fidelium, de rebus eccleſiæ à quibus diſpenſari deberent loquens ait. Ipſæ uero res in ditione ſingulorum parochiarũ Epiſcoporum, qui locum tenent, Apoſtolorum, erant, & ſunt uſque adhuc, & futuris ſemper debent eſſe temporibus. Quibus uerbis ſatis apertè dixit Epiſcopos Apoſtolorum ſucceſſores eſſe, nulla præsbyterorum, in hoc mentione facta.

Vgo.

Leo.

Diſt. 68. c. quamuis, cũ ſequentibus.

Damaſus.

Act. 8.

Vrbanus.

Anacle-tus. Sed his addere etiam libet Anacletum Papã, & marty-rẽ, qui quartus à beato Petro Apoſtolo in eccleſiæ cathedra ſedit. Et quamuis illius uerba curſim præmiſerim; ubi de eccleſiaſticorum ordinum differentia agebam; tamen hic diffuſius ea referam, quæ in hoc propoſitum, in epiſtola de Patriarchis, & Primatibus, ac reliquis Epiſcopis, allegat dicens. Sacerdotum (fratres) ordo bipartitus eſt; & ſicut Dominus illum conſtituit, à nullo debet perturbari. Scitis autem à Domino Apoſtolos eſſe electos & conſtitutos, & poſtea per diuerſas prouincias ad prædicandum diſperſos; cum uerò meſſis creſcere cœpiſſet, uidens paucos eſſe operarios, ad eorũ adiumentum ſeptuagintaduos eligi præcepit diſcipulos. Epiſcopi uerò Domini Apoſtolorum; Præsbyteri quoque ſeptuagintaduorum diſcipulorum locum tenent. Vnde huic ſoli (etiam ſi aliud teſtimonium non adeſſet) firmiter credendum eſſet; nam hic præter uitæ ſanctitatem, quam additum martyrium maximè commendat, beatos Apoſtolos uidit, & (ut ipſe in principio epiſtolæ, quam modo citauimus, teſtatur) à beato Petro Apoſtolo fuit præsbyter ordinatus; propter quod illum ueram Apoſtolorum mentem penetraſſe, & illorũ ſpiritum tenuiſſe credendum eſt. Sed inſuper B. Augu-

Augu. de hære. c. 53. ſtinus in libro de hæreſibus, Aerii errores enumerans; hunc inter illos recenſet; quòd, uidelicet, præsbyteros pares Epiſcopis fecerit. Et hinc eſt, quòd tam ordinis, quàm confirmationis ſacramentum, exemplo Apoſtolorum, à ſolis Epiſcopis, & non à cæteris ſacerdotibus conferri poteſt; nam Apoſtolorum tantummodo hoc

Act. 8. & 19. officium fuit, non cæterorum diſcipulorum; ut in Apoſtolorum actis ſæpe ab eis obſeruatum fuiſſe legitur. Et

Fabianus

Fabianus Papa, & martyr in epiſtola, quam ad orienta- Fabianus.
les Epiſcopos ſcribit, idem confirmat. Et beatus Inno-
centius I. in epiſtola ad Decentium Egubinum Epiſco Innocentius primus in epiſtola ad Decentiũ. c. 3.
pum ait. De conſignandis uerò infantibus manifeſtum
eſt ab alio fieri, quàm ab Epiſcopo non licere; nam præ
sbyteri licet ſacerdotes ſint, Pontificatus tamẽ apicem
non habent. Hæc autem Pontificibus ſolis deberi, ut
uel conſignent, uel ſpiritum paracletum tradant, non
ſolum conſuetudo eccleſiaſtica demonſtrat, uerum illa
lectio actuum Apoſtolorum, quæ aſſerit Petrum, & Ioã Actorum 8.
nem eſſe directos, qui iam baptizatis ſpiritum traderẽt.
Ecce igitur quomodo ex his omnibus apparet Epiſco-
pos in locum Apoſtolorum, Præsbyteros uerò in locũ
diſcipulorum Chriſti ſuffectos eſſe; non tamen quòd
præcisè in loca, & ſedes eorum ſuccedere dicantur;
quia dici non poteſt, quòd quis Epiſcopus uel Ioannis,
uel Andreæ, uel Iacobi, uel alicuius cæterorum Apo-
ſtolorum ſedem ſingulariter occupet; ſed eo modo ſuc
ceſſores dicuntur Apoſtolorum, quòd in eorum locum
ſurgere, & eos figurare ſoleant; ſicut & præsbyteri ſe-
ptuagintaduos Domini diſcipulos referunt: Romanũ
uerò Pontificem non ſolum Petrum Chriſti uicarium,
& Apoſtolorum Principem referre dicimus, uerum e-
tiam eum Petri ſucceſſorem præcisè uocamus, quoniã
is in ſedem Petri uerè & ſingulariter ſuccedit, & Chri-
ſti uicarius dicitur; cæteriſque Epiſcopis eſt prælatus,
ſicut & Petrus Apoſtolorum Princeps fuit. Hinc & Au Auguſt. in Pſal. 54.
guſtinus in uerba pſalmi dicentia; Pro Patribus tuis na
ti ſunt tibi filii, dicit. Genuerunt te Apoſtoli, ipſi miſſi Diſt. 68. c. ultimo.
ſunt, ipſi prædicauerunt, ipſi Patres; ſed nunquid nobi
ſcum corporaliter ſemper eſſe potuerunt? ergo illorum

diſceſſu

diſceſſu deſerta eſt eccleſia? abſit, ſed pro patribus tuis nati ſunt tibi filii; patres miſſi ſunt Apoſtoli, pro Apoſtolis autem nati ſunt tibi filii, conſtituti ſunt Epiſcopi. Hodie enim Epiſcopi, qui ſunt per totum mundum, unde nati ſunt? ipſa eccleſia eos Patres appellat, ipſa illos
Oppo. genuit & conſtituit in ſedibus Patrum. Non obſtat autem ſi per aduerſarios dictum illud beati Ignatii allegetur, qui in quadam ſua epiſtola ad Smyrnenſes ſcribēs, ſimplices præsbyteros Apoſtolis comparare uidetur, dum eos in locum Apoſtolorum ſuccedere affirmat, dicens. Omnes Epiſcopum ſequimini, ſicut Chriſtus Ieſus Patrem; præsbyteros ſicut Apoſtolos; diaconos autem ueneramini, ſicut Dei mandato miniſtrantes; atque ibi de dignitate, ſublimitate, & ueneratione Epi-
Solutio. ſcoporum plura habentur. Quoniam ad hæc reſpondetur: quòd non ſimpliciter præsbyteri Apoſtolis ibi cōparantur, ſed reſpectiue, dum, ſcilicet, Epiſcopi (qui ſuperiores illis ſunt) Deo Patri, uel Ieſu Chriſto ſimilantur: ut ex præmiſſis Ignatii uerbis patet. Nam certe ſi Epiſcopi Chriſto conferantur (qui Epiſcopus eſt ani-
1.Pet.2. marum noſtrarum, & Pontifex ille, qui in ſancta ſan-
Heb.9. ctorum ſemel per ſuum ſanguinem introiuit) hinc nemini mirum uideri debet, ſi præsbyteri Apoſtolorum ſucceſſores dicantur: licet non hoc ſanè Ignatius dixerit, quòd, ſcilicet, præsbyteri, Apoſtolorum ſucceſſores eſſent; ſed ait, quòd ſequendi, & uenerandi forent, ac ſi Apoſtoli eſſent, ut reuerentiam, & obedientiam inde ſubditis ingerat. Quo quidem modo etiam Paulus
Gal.4. Apoſtolus quandoque locutus eſt, dum ad Galathas dixit. Sicut Angelum Dei accepiſtis me, ſicut Chriſtū Ieſum. Per quæ uerba ſignificare uolebat, quàm maxi-
ma

ma deuotione, obedientia,& reuerentia Galathas eum ſuſcepiſſe ; & non quòd illum in locum Chriſti, ut Chriſti ſucceſſorem & uicarium in terris ſingularem recepiſſent ; quia ſedes illa principatus eccleſiæ ad Petrũ, & ſucceſſores ſuos pertinebat: nec Paulus Apoſtolus eam ſibi uſurpaſſet, nec errorem aliquem populorum circa ſe aliquo modo permiſiſſet, ſed è contrario in eos acclamaſſet, ut Lyſtris fecerat. At uerò ex ipſis etiam Ignatii uerbis in propoſiti noſtri fauorem argumentũ aſſumo, quòd Ignatius nihil præter intentum noſtrum loquatur, ſed Epiſcopatum, ut ſingularem dignitatem, maximè exaltet ; qui planè inter Epiſcopatum, & præsbyteratum tanto maiorem differentiam eſſe denotat, quàm nos dicebamus; quanto maior differentia eſt inter Chriſtum, & Apoſtolos, quàm ſit inter Apoſtolos, & cæteros Chriſti diſcipulos. Nam ſicut nos ex præmiſſis authoritatibus in noſtra collatione de diſcipulis ſeptuagintaduobus ad Apoſtolos aſcendebamus ; ita beatus Ignatius de Apoſtolis ad Chriſtum ordinem dirigit, & ſic Epiſcopatum magis ſublimem, & uenerandum, magiſque à præsbyteratu differentem facit. *Actorum: 14.*

Sciendum uero nobis eſt, quòd Epiſcopi, & præsbyteri nomina quandoque ſe mutuo in ſcripturis confundunt, quod quidem non parum negotii olim diuo Hieronymo exhibuit, adeo ut in cõmentariis epiſtolæ Pauli Apoſtoli ad Titum, & in epiſtola ſua ad Euagrium uiſus fuerit dicere olim eundem fuiſſe Epiſcopum, quem præsbyterum dicimus: ſed, propter uitanda ſchiſmata, unum inter multos electum fuiſse, qui omnibus præficeretur, ne, ſcilicet, unuſquiſque ad ſe ipſam traheret eccleſiam, dicente alio ; ego ſum Pauli ; alio *Epiſcopi, et Præsbyteri nomina quandoque confuſa.*

uero ;

uero; ego ſum Cephas. Quod etiam Aerius præſenſit (ut author eſt Epiphanius,& Auguſtinus in præallegatis). Et quamuis non incongruè credi poſſit confuſionem illam (quam diuus Hieronymus de Epiſcopis, & præsbyteris olim fuiſſe prætendit) ſolum quo ad iuriſdictionis extrinſecæ uſum,& quo ad exterioris ſuperintendentiæ diſtinctionem intelligi debere; eò quòd ipſemet Hieronymus in epiſtola ad Nepotianum iam allegata clarè inquit, hoc eſſe Epiſcopum, & præsbyterum, quod Aaron, & filii eius (ut latius ſupra deduximus) & in epiſtola ad Heliodorum Pontificem aliorũ graduum parentem facit: & in expoſitione eiuſdem uerſiculi pſalmi dicentis; Pro patribus tuis nati ſunt tibi filii; quem per Auguſtinum declaratum retulimus; Epiſcopos Apoſtolis ſuccedere affirmat: attamen propter contentioſos, qui Hieronymum in ſuas partes detorquere conantur; hic nobis libet Hieronymi uerba maturius conſiderare, & excuſare, atque tum diuinis, tum Apoſtolicis, tumque eccleſiaſticis Conciliorum, & ſanctorum Patrum traditionibus, & doctrinis conſona recitare: & ſi hoc aduerſarii cõcedere nolint, qui eo ſolo pro illorum opinione deducto, ueritati aduerſantur, & toti eccleſiæ contradicere audent; porrò (ſalua reuerentia tanti uiri) magis ſanæ mentis eſſe reputabo, ratione, & authoritate tum diuinarum, tum apoſtolicarum traditionum fulciri; quàm ſimplici illius opinioni nulla ratione, & authoritate ſuffultæ aſſentire, uel potius obſtinatè uelle eiuſdem uerbis propriã opinionem defendere, & ad ſuam uoluntatem ea detorquere. Quod ipſe planè (ſi adeſſet) minime faceret: nam ipſemet Hieronymus non ſolum diuinis, & apoſtolicis uerbis;

Hierony. Ad nepo. epiſtola. 35.

bis; ſed etiam ſimplici ſanctorum patrum aſſertioni (quales fuere Damaſus, Vrbanus, Anacletus, & ſimiles, quos ſupra allegauimus) libentiſſimè ſuam ſubiicit ſententiam; ut ex aliquot eius epiſtolis ad Damaſum Papam ſcriptis apparet. Sed (ut Hieronymi dicta, quantum fieri poteſt, ſaluentur) ſi rectè expendamus cauſam, perſonas, tempora, & rerum circunſtantias, ſecundum quorum diſpoſitionem Hieronymus ſcripſit; certè mirari quiſque non debebit, quòd beatus Hieronymus uir alioqui doctiſſimus, & ſanctiſſimus ſic locutus fuerit. Quoniam primo id euenire facilè potuit tunc, quando doctrina illa in quæſtionem adhuc deducta non fuerat, neque eo tempore eccleſia aliquid de ea diffinierat; quapropter ille iam potuit, ſine ullo fidei diſpendio, ita ſentire, maximè cum aliqua ſcripturæ teſtimonia habuerit, quæ pro illius ſententia eſſe prima fronte uiderentur; ut ea inferius ſigillatim diſcutiemus. Præterea ſi diligentius conſideremus, quid ibi Hieronymus moliretur, facilè intelligemus, cur is eo loco præsbyteros tantopere extulerit. Faciunt enim plerunque ſcriptores, quemadmodum ii, qui cum uirgam curuam dirigere ſtudeant, tanto magis eam retrorſum flectunt, quanto in contrariam partem ante fuerat inclinatior. Quod & Hieronymus eo loco facit, ubi diaconum quendam, qui ſe præsbyteris anteferebat, reprimere conatus eſt; ob quam quidem rationem præsbyteros tot uerbis efferre ſtudet, ut dicat, à principio communem ſacerdotis, & Epiſcopi fuiſſe appellationem. Non autem ibi præcipuè tractat, an Epiſcopus præsbytero ſuperior ſit; ſed id tota mentis acie intendit, ut diaconũ illum eò magis humilem ac reuerentem redderet, quò

Augu. in quæ. uet. & no. te. c.101. ſacerdotii gradum magis exaltabat. Quod & Auguſtinum feciſſe apparet, cum temeritatem cuiuſdam diaconi Falcidei redargueret, qui quoque ſacerdotibus ſe æquiparare nitebatur; ut in ipſius Auguſtini noui & ueteris teſtamenti quæſtionibus legitur. Atque inſuper ſi ea Hieronymi uerba adhuc perſpicacius intueamur, in eis nō uidebimus eam eſſe Hieronymi ſententiam, qua ſi uelit Epiſcopi ordinationem magis ſuperiorem non eſſe, quàm ea, quæ cuiuslibet ſacerdotis ſit; ſed dicere uoluit, quomodo in primitiua eccleſia illud officium, quo ad extrinſecam iuriſdictionem, & reputationem inter humiles Apoſtolos diſtinctum non fuerit; cū etiam nomina ita eſſent permixta, ut iuxta ſuam ſignificationem Epiſcopi præsbyteri dicerentur (quamuis, ſecūdū Dist.93.c. legimus. Hieronymū Epithii ſignificantius nominarentur) & è conuerſo præsbyteri uocarentur Epiſcopi. Sed certè ſi Hieronymi ſcripta aliis in locis, quos ſupra citauimus, & denuo citabimus, perlegantur, palàm manifeſtatur, pontificiæ dignitatis aſſertorem præ Hieronymo ſeueriorem neminem fuiſſe: atque etiam ſi præaſſertæ Hieronymi epiſtolæ calcem legas, ſic ſcriptum inuenies. Et ut ſciamus traditiones apoſtolicas de ueteri teſtamento ſumptas; quod Aaron, & filii eius, atque Leuitæ in templo fuerunt, hoc ſibi Epiſcopi, & præsbyteri, & diaconi in eccleſia uendicant. Per quam quidem deductionem, & ſimilitudinem, quantum differentia hæc Epiſcoporum, & præsbyterorum probetur, ſuperius tractauimus. Quod (ut dictum eſt) in epiſtola ad Nepotianum Dist. 95. eſto ſubiectus. ſimiliter affirmat; atque in epiſtola ad Ruſticum Narbonenſem Epiſcopum eadem inducit; ubi præsbyterum ab Epiſcopo diſtinguit, & Epiſcopum legem præsbyte-

ri eſſe aſſerit; præsbyterumque nomen ætatis eſſe, Epiſcopum uerò dignitatis ſubiungit; atque deinde præsbyteros Apoſtolis, ſed Epiſcopum Chriſto reſpondere facit; quod maximam inter Epiſcopum, & præsbyterum differentiam denotare ſupra ſatis clarè oſtendimus, iuxta Ignatii dicta; ſecundum quem etiam Hieronymus ibidem ait. In foſſariis ſpiritus prophetarum prophetis ſubiectus eſt; in oſtiariis doctores; in lectoribus prophetæ; in ſubdiaconis angeli; in diaconibus archangeli; in præsbyteris Apoſtoli; in Epiſcopis Deus. Nec obſtat, quòd hæc etiam ad Damaſum ſcripta legantur, quia ea Hieronymus duobus ſcripſiſſe potuit, & nunc integram, nunc truncatam epiſtolam ædidiſſe; nam & ſtylus eius eſt. Sed idem in allegato loco pſalmi expreſſius Epiſcopos Apoſtolorum ſucceſſores facit. Et ulterius ſuper epiſtolam Pauli Apoſtoli ad Timotheũ, ubi de Epiſcopis, & diaconis tantũmodo mentio fit, ſic ait. Cur Paulus de præsbyteris nullam facit mentionem, ſed etiam ipſos in numero Epiſcoporum comprehendit? quia ſecundus, imò penè unus eſt gradus, ſicut ad Philippenſes Epiſcopos, & diaconos ſcribit, cum una ciuitas plures Epiſcopos habere non poſſit. Quaſi dicat. Quia uirtutes Epiſcoporum etiam præsbyteris, tanquam in proximo gradu conſtitutis, competunt; ideo neceſſarium non fuit de uirtutibus, & officio præsbyteri ſigillatim aliquid præſcribere; ita quòd ob hanc utriuſque ordinis, præsbyteratus, ſcilicet, & Epiſcopatus cognationem, Paulus præsbyteros etiam nomine Epiſcoporum intellexit. Quapropter locus hic præcipue obſeruandus eſt contra eos qui Hieronymũ in ſuam ſententiam pertrahere conantur; qui tamen

hic expreſsè præsbyteratum ſecundum eſſe gradum aſ ſerit; & quamuis præsbyterium Epiſcopali ordini maximè proximum eſſe dicat, non tamen unum, ſed penè unum eſſe gradum affirmat; atque ita duos illos ordines, Epiſcopalem, uidelicet, & ſacerdotalem etiã Pauli temporibus diuiſos fuiſſe oſtendit; quoniam in una ciuitate non plures Epiſcopi, ſed multi (ait) fuerunt præsbyteri. At uerò Ambroſius alias huius rei cauſas allegat, qui in epiſtolam Pauli ad Epheſios ſcribens ait, ideo Apoſtolum ſolos Epiſcopos ibi nominaſſe, etiam præsbyteros ſubintelligendo; quia in Epiſcopo omnes ordines ſunt; cum ipſe primus ſacerdos ſit, isque princeps ſacerdotum, & propheta, & euangeliſta, & ad cætera implẽda eccleſiæ officia in miniſterio fidelium præ ſit. Idemque Auguſtinus affirmat, maiorem (inquiens) ordinem in ſe etiam minores continere. Adhuc autem Hieronymi dicta ea ratione ſolui poſſent, quòd ibi Hieronymus de Epiſcopis, & ſacerdotibus, quo ad Chriſti corporis & ſanguinis conſecrationem effari uelit; nam eadem conficiendi euchariſtiam poteſtate ſimplex ſacerdos potitur, quam Epiſcopus tenet; quanquàm quo ad epiſcopalem ordinem, & præſidentiam, quam Epiſcopi in euangelica cathedra obtinent, ii ſimplicibus ſacerdotibus longè præſtent; ſicut & ipſum Hieronymum aliis in locis docuiſſe oſtendimus; nec aliter dogmatizandum putamus, ne in Aerii hæreſim incidatur, de qua ſupra retulimus. Atque tandem, tam pro reſolutione ampliori præmiſſæ Apoſtoli authoritatis, quàm etiam pro Hieronymi excuſatione, conſideranda præcipue eſt temporum, morumque eccleſiæ uarietas (ut iam prælibauimus). Nam in primitiua quidem

Ambr. in epi. Pau. ad Ephe. 4.

Ti. 1.

eccleſia

eccleſia facilè conceſſerim non perinde omnia cum tan to apparatu, tamque ſolennibus cæremoniis eſſe tracta ta, ſicut poſtea fieri ordinatum eſt; quia primum prædi cabant, & baptizabant (ut forte uſus tulerat, quemadmodum Ambroſius in præfato loco teſtatur) non habi ta magna ſiue loci, ſiue temporis ratione: ſicut iam Phi lippus diaconus nõ magnopere conſiderauit quonam die Eunuchum baptizaret,& an ieiunaret, ſiue tunc præ sbyter aliquis intereſſet. Petrus quoque neque diaconum aliquem habuit,neque quadraginta dierum numerum expectauit, quando Cornelium baptizauit. Paulus ſimiliter nihilo amplius diſtulit, cum cuſtodem carceris ſalutari baptiſmate lauit. Idque in primitiua eccleſia adhuc paruula ſemper factum eſt, donec magis accreſceret, & officia in ea ordinarentur,& ſingulis offi ciis ſua tempora deſtinata forent, modusque certus; quo omnia ordinate fierent, præſcriberetur. Quapropter tam Apoſtoli,quàm Hieronymi dicta ea intelligen tia conſideranda,& exponenda ſunt,quam illa eccleſiæ primordia requirebant; quia in eo eccleſiæ ſtatu prola ta erant, quo ipſa eccleſia adhuc perfectiori ordine indigens quotidie proficiebat; quæ dum miniſtris opus haberet, qui neceſſariis ſupplerent (nam in illo feruoris tempore meſſis quidem erat multa, operarii autem pauci) atque dum plures præsbyteri ad aliqua Epiſcoporum officia peragenda ex neceſſitate aſſumerentur; inde erat, quòd cum iuriſdictionis uſu etiam nomina confunderentur. Nã quia Apoſtoli in uno loco nõ ſemper reſidebant,ſed in uarias regiones gratia diſſeminandi euangelii migrabant, & tunc doctorum & ſpiritualium uirorum penuria erat, aut ſi erant, non uacabat;

Amb. ubi ſupra.

Act. 8.

Act. 10.

Act. 16.

Apoſtolis eos exquirere: ideo Apoſtoli ipſi multis in locis præsbyteros relinquebant, quibus ſanè Epiſcopii, hoc eſt, ſuperintendentiæ munus, aliqua illis epiſcopalia munia permittentes (utpura extrinſecæ iuriſdictionis officia) ob neceſſitatem impartiebantur: ita quòd ſicut Deus ſolet in naturæ operibus procedere; ſic Apoſtoli in primitiua eccleſia in multis ab imperfecto ad perfectum procedebant. Atque hinc Chorepiſcoporū nomen proueniſſe potuit; ſicut Damaſus atteſtatus eſt, qui hoc innuit dum ipſos Chorepiſcopos (qui, dicta neceſſitate ceſſante in eccleſia, munia epiſcopalia prædicta, quæ ſibi prius permiſſa erant, uſurpare audebant) ſimplicium præsbyterorum numero applicandos eſſe declarat. Vnde in epiſtola ad Epiſcopos Africæ ait. Ipſi Chorepiſcopi idem ſunt qui & præsbyteri, qui ad formam, & exemplum eorum prius inſtituti inueniuntur. Sed quia (Deo gratiæ) modo in miniſterium, ſicut in primitiua eccleſia, neceſſarii non ſunt, & illicita præſumunt, ideo ab omnibus epiſcopalibus ſunt officiis remoti. Atque inde ſequitur dicens. Prohibitum eſt à ſanctis patribus, ut qui uel ab uno, uel à duobus ſunt ordinati Epiſcopis, non nominentur Epiſcopi: ſi uerò nomen non habent, qualiter officium habebunt? quicquid enim de rebus ad Epiſcopos pertinentibus egerint, neceſſe eſt irritum fiat, quia quod nō habent, dare nequaquam poſſunt, præſertim cum nullus ex ſeptuaginta duobus diſcipulis, quorum iſti (ſcilicet præsbyteri) ſpeciem gerunt, aliquid de iis, quæ Apoſtolis debebantur, legitur aſſumpſiſſe. Itaque ex Damaſi uerbis ante mille centum, & nonaginta annos prolatis rationem percipimus, cur in Pauli epiſtolis, uel in aliis locis nomina

Damaſus.

mina Epiſcopi, & præsbyteri inuicem confundantur; præter id, quòd (iuxta uocabulorum ſignificata) ea nomina (ut dictum eſt) tam præsbytero, quàm Epiſcopo communiter conuenire poſſunt; & Epiſcopi nomen (ait Damaſus) multiplicis ſignificationis eſt. Cæterum uero quo ad Hieronymi commentaria in Pauli epiſtolas ad Timotheum uel Titum; ſiue quo ad alia eiuſdem ſcripta attinet; tum ex præmiſſis rationibus excuſantur; tum etiam ex eo quòd ipſum aliorum opiniones crebrò referre, & ſuis uerbis interſerere conſtat. Quod quidem & ipſe in ſua defenſione ad Auguſtinum ſcribens teſtatur. Et hæc pro Hieronymo dicta ſint. Sed ſi quis adhuc opinione, ſiue uerbis Hieronymi abutens, contra ueritatem, quam catholicæ eccleſiæ cõformem profitemur, ſua pertinacia dimicare uellet; & loca alia Hieronymi declinando, ea tantummodo dicta, quæ ad Euagrium, & quæ ſuper epiſtolam ad Titum ſcribit, attendere, ubi affirmare uidetur inter Epiſcopum, & præsbyterum ex diuina inſtitutione differentiam non eſſe; ſed tale diſcrimen poſtea ad ſchiſmata tollenda inuentum fuiſſe: tacere hic certè nolo; ſed reſpondeo, quòd (ſalua ſemper ſanctiſſimi, atque doctiſſimi illius uiri reuerentia) ſi talia dixiſſe uel ipſe, uel alius uoluerit, opinio hæc, tanquam Aerii errori conſona, & ratione, & authoritate nuda; atque tum diuinæ, tum apoſtolicæ, & eccleſiaſticæ doctrinæ contraria, reiicienda omnino ſit. Quam profectò etiam ratione conuincimus. Nam primò, ſi finalem cauſam, propter quam epiſcopalis ſtatus à præsbyterali diſtinctionem à Pontificibus introductam fuiſſe Hieronymus aſſerit, inſpiciamus; quæ ſecundum eum ad tollenda ab eccleſia ſchiſmata fuit *Ratio.*

porrò,

porrò hinc quàm uana illa Apoſtolorum ratio fuiſſet, & quàm debili fundamento opinionem hanc Hieronymus firmet, facilè uidemus; quia neſcio quo pacto is eam probet: imò (ut Alfonſus noſter hic rectè conſiderat) ex Apoſtolorum actis oppoſitum coniici poteſt; cũ maximè remedium illud, quod beatus Hieronymus adhibitum fuiſſe aſſerit, ut ſchiſma tolleretur, ſufficiens non eſſet, ſed adhuc ſchiſma ſuſtentaretur; quoniam unicuique urbi ſacerdotem præficiendo, non propter hoc tolleretur, quin omnes unius urbis à Paulo ciuitatis illius Epiſcopo Paulini dicerentur; à Martino Epiſcopo Martiniani; uel ab Apollo Apollonii; & ſic de ſingulis. Vnde quis non uideat adhuc ſchiſmatis ſemina manere, cum eadem maneat cauſa, qua quis diceret. Ego ſum Pauli; ego ſum Cephæ; & ego Apollo? nam non tantum curandum erat, ut hoc uel illo modo ſchiſma non fieret, ſed quòd nullo modo in tota eccleſia ſuſcitandi illud occaſio aliqua haberetur. Et propterea, ut ex apoſtolicis actis colligi poteſt, aliud efficacius remedium illi ſchiſmati adhibitum fuit: ut, uidelicet, omnes Chriſti fideles, communi uocabulo, Chriſtiani appellarentur à Chriſto, qui fidelium omnium caput eſt, & qui uerè nos omnes ſua uirtute iuſtificans baptizat, cũ in baptiſmo à ſe ordinato gratiæ ſuæ dona confert. Vnde & diuus Athanaſius, dum contra Arrium diſputaret, ait. Et ut quod dico planius fiat, hoc utor exemplo; quòd in ipſo chriſtianæ religionis prædicationis initio omnes qui credebant Domino noſtro Ieſu Chriſto, non Chriſtiani, ſed diſcipuli tantummodò nominabantur; & quia multi nouorum dogmatum authores extiterunt doctrinæ obuiantes apoſtolicæ, omnes

Alfonſus de Caſtro.

Athanaſius.

nes ſectatores ſuos diſcipulos nominabant, nec erat alia nominis diſcretio inter ueros falſoſque diſcipulos, ſiue qui Chriſti, ſiue qui Doſitæ, ſiue Theodæ, ſiue Iudæ cuiuſdam, ſiue etiam qui Ioannis ſectatores eſſent, qui omnes ſe quaſi de Chriſti eccleſia fatebantur; ſed omnes uno diſcipulorum nomine appellabantur; idcirco Apoſtoli tunc Antiochiam conuenientes, ſicut eorũ Luca narrante teſtantur acta, omnes diſcipulos fideles Chriſti nouo nomine, hoc eſt, chriſtianos appellari decreuerunt, à communi falſorum diſcipulorum uocabulo eos diſcernentes, & omnes in unitatem fidei, & dilectionis coadunantes; ut non amplius alius Petri, alius Pauli, alius Ioannis, uel alterius eſſe nominaretur, & diſſenſio fieret; ſed omnes Chriſti fideles unitè appellarentur, & omnis ſchiſmatis occaſio ſic amputaretur; atque etiam diuini oraculi per Iſaiam prolati ſermo impleretur, qui ait. Et uocabitur tibi nomen nouum. Rabanus quoque ſuper Apoſtolorum acta, locum illũ exponens, ubi de chriſtiani nominis impoſitione dicitur, ſic ait. Omnes ſectæ nomen trahebant de ſuo authore; ideo fundata fide, & firmitatem obtinente, primum in Antiochia, ubi præ cæteris locis fides florebat, ſumptum eſt à Chriſto nomen chriſtianum. Et certè hoc remedio uerius, & efficacius ſchiſmati obuiatum fuit, quàm (ut Hieronymus ait) in unaquaque eccleſia unum ex præsbyteris conſtituendo, qui cæteris ſuperpoſitus omnem ſibi traditæ eccleſiæ curam haberet. Et propterea hæc non fuit motiua ratio, cur id fieret, ut Epiſcopi præsbyteris præficerentur, & Epiſcopi ſingulari, & præciſo nomine dicerentur; ſed ratio atque cauſa propria fuit ipſa inſtitutio iam à Chriſto ordinata,

Act. 11.

Iſa. 62.

Act. 11.

P &

& poteſtas illis ſpecialiter ab eo collata, quæ per nomen ſibi peculiare, & competens declarata fuit: etſi aliquandiu ab initio, præ miniſterii neceſſitate, confuſa nomina, & non adhuc in naſcente eccleſia rebus diſtinctè appoſita eſſent. Sed reliqua, quæ ex Hieronymo iſti pro ſua ipſorum opinione adducunt, uideamus; quippe qui

Philip. 1. uerba allegant Apoſtoli ad Philippenſes ſcribentis, quibus ciuitatis illius Epiſcopos, & diaconos ſalutat; unde, cum in una ciuitate plures eſſe Epiſcopi nō poſſint, ideo arguunt, quòd iidem Epiſcopi illo tempore appellarentur, qui & præsbyteri dicebantur; propter quòd Apoſtolus ibi de Epiſcopis quaſi de præsbyteris locutus ſit. Deinde arguunt, etiam in Apoſtolorum actis ſcri

Act. 20. ptum eſſe, quòd cum Apoſtolus Miletum ueniſſet, miſerit Epheſum, & eiuſdem eccleſiæ præsbyteros uocauerit, quibus tamen poſtmodum ſic locutus ſit. Attendite uobis, & uniuerſo gregi, in quo uos ſpiritus ſanctus poſuit Epiſcopos regere eccleſiam Dei, quam acquiſiuit ſanguine ſuo. Quo in loco diligentius obſeruare admonet Hieronymus, quomodo unius ciuitatis Epheſi præsbyteros uocans, poſtea eoſdem Epiſcopos dixerit. Alia etiam pro ſe citantur, quæ quia debiliora ſunt, &

Epiſcopi nomen. minus efficacia, ideo omittuntur. Ad hæc autem præmiſſa primum reſpondeo (ut iam propinauimus) nomina illa Epiſcopi, & præsbyteri ex ſua primæua inſtitutione latiorem habuiſſe ſignificationem, quàm modo habeant. Nam Epiſcopus græca dictio eſt, & ab ἐπὶ præpoſitione græca compoſita, quæ latine, ſupra, denotat; & à σκοπεῖν, quod idem eſt, quod intentio; ita quòd Epiſcopus idem ſonat, quod ſuperintendens, ſiue ſpeculator (ut alii uolunt) Vnde nomen hoc inde ſumptum ui

detur,

detur, quòd is quì aliis præficitur, eorum curæ ſuperin
tendere debet. Iuxta quam nudam interpretationem,
nulli dubium quin præsbyteri parochi Epiſcopi dici
poſſint, cum etiam ipſi curæ animarum ſibi commiſſa-
rum ſuperintendere, & ſpeculatores exiſtere debeant.
Sic & præsbyter græca uox eſt; nam πρεσβύτερος, latinè ſe- *Præsbyte*
nior interpretatur: quòd quamuis ætatis nomen ſit, at- *ri nomen.*
tamen pro ſenſus maturitate in ſcripturis accipitur. Vn
de ait ſapiens. Senectus uenerabilis eſt, non diuturna, Sapi.4.
neque annorum numero computata; cani autem ſen-
ſus hominis, & ætas ſenectutis uita immaculata. Et hinc
eſt, quòd licet nongentos, & amplius annos ab Adam Anacl. in
uſque ad Abraam multos uixiſſe homines legerimus; epiſt. de ord. epiſc.
nullus tamen præsbyter, hoc eſt, ſenior appellatus eſt,
niſi Abraam, quem multo paucioribus annis uixiſſe cō
ſtat; quia non propter decrepitam ætatem, ſed propter
ſapientiæ maturitatem præsbyteri nominantur. Vnde
& Moſi à Domino præceptum fuit, ut præsbyteros eli-
geret. Nomen ergo præsbyteri ex quacunque deriua-
tione ſumatur, tam Epiſcopis, quàm cæteris ſacerdoti-
bus commune eſt. Epiſcopi quoque nomen ex ſua pri
ma inſtitutione omnibus ſacerdotibus commune eſt, il
liſq́ue præcipuè, quibus animarum cura commiſſa eſt.
Qua de re, cum eccleſia (ut iam dictum eſt) adhuc par-
uula eſſet, & nondum plenè ordinata, ſed uelut auro-
ra de imperfecto ad perfectum procedens, tunc nomi-
na hæc inuicem confundebantur, quia in ſua primæua
ſignificatione ſumebantur, & nondum peculiari officio
ex eccleſiæ determinatione applicata erant; quamuis,
re ipſa, officia miniſtrantium diuiſa, diſtinctus ordo, li-
mitataq́ue (præcipuè circa ordinis eſſentialia) poteſtas

eſſet. Sed poſtmodum timens eccleſiā, ne propter indiſtinctam uocabulorum ſignificationem, quis opinaretur res etiam prorſus indifferentes eſſe; idcirco uocabulorum intelligentias hoc modo, & ordine contraxit; ut uidelicet ille ſolus Epiſcopus nominaretur, qui cæteris ſacerdotibus ſuperior exiſtens, ſancto chriſmate cōfirmaret; ſacros ordines conferret; & cætera ad ſe ſpectantia munia perageret; totiusq́ue ciuitatis curam haberet: ille autem præsbyter diceretur, qui corpus Domini conficere, ſiue conſecrare poſſet. Itaque eccleſia hoc ſtatuens nouum ordinem non conſtituit, aut eiuſdem ordinis nouum gradum decreuit; ſed antiquos ſacerdotii gradus à Deo Patre, & à Chriſto eius filio, & Seruatore noſtro inſtitutos & diſtinctos, propriis nominibus nuncupari cenſuit, ne forte ex uocabulorum communione, aut identitate occaſio oriretur exiſtimandi res etiam ipſas per illa nomina deſignatas prorſus eaſdem eſſe. Id autem eccleſiam facere potuiſſe, nullus certè dubitare debet, nec poteſt; quoniam ſi eccleſia propter nouas cauſas emergentes antiquis rebus noua nomina imponere potuit, quid prohibet, ut nouis etiam inſurgentibus cauſis antiqua uocabula ad contractiorem ſignificationem reſtringere potuerit? Quod ſi forte aliquis contrariæ opinioni, & Hieronymi dictis plus iuſto deditus adhuc primam ſententiam pertinaciter tenere uoluerit, tali anguſtia coarctabitur, ut dicere eū oporteat etiam diacones Epiſcopos eſſe. Nam Paulus
2. Tim. 4. Timotheo, qui Epiſcopus erat, ſcribens diaconum eū nominat, dum illi dicit. Miniſterium tuum imple; nam græcè habetur διακονίαν, hoc eſt diaconatum tuum imple; ubi apertè Epiſcopi officium diaconatum appel-
lat;

lat; quæ uox, quia iuxta ſuam primam ſignificationem, miniſterium denotat, ideo non incongruè etiam Epiſcopo applicatur, qui miniſter eſt Chriſti, ſicut Chriſtus de ſeipſo idem dicebat. Sed hanc diaconi uocem ſancta mater eccleſia ad ſolum miniſtrum illum, qui in certo gradu in altari miniſtrat, contraxit. Vnde Theophylactus in eandem Pauli epiſtolam ad Philippenſes ſuper uerbis illis, Cum Epiſcopis, & diaconis, ſic ait. Epiſcopos ſacerdotes dicit (neque enim plures, præter unum, erant Epiſcopi, qui ſingulis ciuitatibus præſiderent) quippe cum non dum eſſent huiuſmodi nomina diſpartita. Vbi aduertendum eſt, quòd ait; cum non dũ eſſent diſpartita nomina, per hoc indicans in hac re per eccleſiam non rerum ſed uocabulorum partitionem factam eſſe. His igitur ita digeſtis, uerum eſſe concludimus, quòd (ut Hieronymus affirmat) tunc temporis præsbyteri etiam Epiſcopi dicerentur, tum quò ad corporis Chriſti cõſecrationem, quam tam præsbyter quàm Epiſcopus pari modo perficit; tum quia ſæpius eccleſia olim neceſſitate coacta in multis, quæ ad Epiſcopos pertinebant (ut dictum eſt) præsbyterorum miniſterio utebatur; unde Epiſcopi, ſiue Chorepiſcopi, propter regiminis officium ſibi conceſſum dicebantur: tum uerò quia, adhuc naſcente eccleſia, uocabulorum diſtinctio facta non erat, nec reſtrictæ eorum ſignificationes, ſed in ſua primæua intelligentia ſumebãtur. Nec tamẽ ex eo ſequitur quòd in re idem eſſet præsbyter, qui Epiſcopus erat. Sed quis fortè dicet, ſi tunc uocabulorum ſignificationes indiſcretæ erant, quo pacto ex ſacris literis illarum rerum diſtinctionem agnoſcere ualebimus? Certè id tam ratione, quàm ſcripturæ authoritate ſuffragante

Matt. 20. Luc. 22.

Theophy.

Cõcluſio.

Actorum 8. & 19. & ex præ allega. fragante cognoſcemus; nam ex ſacris literis ſcimus ſolos Apoſtolos (quibus Epiſcopi ſuccedunt) per manuũ impoſitionem ſpiritum ſanctum tribuiſſe; quod quidẽ alii diſcipuli, quorum locum alii minores ſacerdotes tenent, nunquàm præſtiterunt. Scimus etiam Apoſtolos ipſos, & Epiſcopos eos repræſentantes alios in ſacerdotes ordinaſſe; oleum ſanctum benedixiſſe; & confirmationis ſacramentum perfeciſſe; & ſimilia ad eorũ officium ſpectantia egiſſe, quæ cæteros diſcipulos miniſtraſſe nunquam legitur. Quapropter hinc Epiſcopos ſemper maioris fuiſſe poteſtatis, quàm alii ſacerdotes

Hiero. euidenter apparet; ſicut etiam ipſe Hieronymus in eadem epiſtola ad Euagrium fatetur, dum ait. Quid enim facit excepta ordinatione Epiſcopus, quod præsbyter non faciat? Atque in fine epiſtolæ (ut præmiſimus) dũ Aaron, & filiis eius, & Leuitis Epiſcopos, præsbyteros, & diaconos comparat (inter quos maximam fuiſſe differentiam oſtendimus) ſic dixiſſe conuincitur, Epiſcopum quouis præsbytero diuina inſtitutione maiorem eſſe; quia Aaronis ſacerdotium ex ipſius Dei inſtitutione ſacerdotio filiorum eius maius erat; atque ita Hieronymum (ſi præsbyterum Epiſcopo aliàs æquiparaſſe affirmaueris) ex præmiſſis ſibiipſi in hac parte non conſtare manifeſtum eſt. Ac præterea, cum differentiam hanc Chriſtus per Apoſtolorum, & diſcipulorum diſtinctos gradus inſtituerit; deinde Apoſtoli ipſi uſu

Act. 8. & 6. & 19. confirmauerint, dum ſoli illi manus imponerent, ſpiritum ſanctum conferrent, & ad diſcipulatus munus per ipſam manuum impoſitionem delegarent; atque idem ritus in Epiſcopis eorum ſucceſſoribus ſemper in eccleſia perſeuerauerit: ideo quod per uerba Hieronymi op

ponitur

ponitur eò facilius reprobatur, quò nunquàm in facto fuiſſe reperitur; ut tam ex euangelio, & Apoſtolorum actis; quàm ex illorum canonibus, & ex ſanctorum patrum authoritatibus ſatis probauimus: qui ſacerdotum ordinem in Epiſcopatum, & præsbyteratum diuina authoritate bipartitum; Epiſcoporum uerò omnium, uel primatum, uel archiepiſcoporum, uel patriarcharum gradu differentium, unum tantum eſſe ordinem dixerunt. Huc tendit etiam quod in Hiſpalenſi Concilio ſecundo tractatur; in quo quidem à ſolis Epiſcopis confirmationem conferri poſſe diffinitur. Præterea præsbyterum nullo modo alium in præsbyterum, aut diaconũ ordinare poſſe; quòd ſi ordinare attentauerit, eius ordinationem nullam eſſe decernit; atque ab Epiſcopo neceſſariò iterandam fore concludit; ut ſic ordinatus aliquid ſui miniſterii exercere poſſit. Ex cuius ſacroſancti Concilii declaratione, ac determinatione, diſtinctionem hanc diuino iure ordinatam fuiſſe patet: nam ſi ex diuina inſtitutione idem miniſtrare poſſet præsbyter, quod Epiſcopus; & diſtinctio, atque dignitas iſta ab humana ordinatione inuenta eſſet; porrò quamuis peccaret is, qui contra eccleſiæ decretum faceret, nihilominus illius ordinatio ualida eſſet, quemadmodum de clerico excommunicato euchariſtiam conficiẽte dici ſolet; qui quamuis ſacrum faciens, ſiue conſecrans peccet; attamen firma, & rata illius eſt conſecratio. Sic & Africanum Concilium ordinationem hanc Epiſcopalem à diuina authoritate deueniſſe affirmat, exemplũ Eleazari ad hoc allegans, qui patri ſuo Aaron, ex Dei præcepto, in ſacerdotali dignitate ſucceſſit. Et propterea omnes Chriſti fideles, & hi præcipuè, qui cum Hieronymi

Cano. Apo. 1. 30. & 33.

Conc. Hiſpa. 2. c. 7. circa ſi. Cap. 5. De conſe. diſt. 5. De iis uerò, cũ ſeq. & in allegat. ſupra Sectione tertia, circa medium.

Num. 20.

ronymi authoritate certare conati ſunt, operepretiũ ac que neceſſarium fore credimus, ut tum diuinis, tum apoſtolicis, & tum eccleſiaſticis traditionibus, quas ſuperius pro hac parte uberrimè allegauimus, annuentes, cum ipſo humili Hieronymo humilientur, quippe qui opiniones ſuas ſanctiſſimis illis patribus, quos ſupra adduximus, ſemper ſubmittere ſolitus erat. Aliter uerò & Chriſto, & eccleſiæ, & Hieronymo ipſi ſanctiſſimo aduerſari proculdubio reperientur.

Qualiter Epiſcopatus Ordo, uel dignitas in eccleſia ſit.

SECTIO QVINTA.

IAM Epiſcopalem ordinem, ſiue gradum, tam in modo ordinationis, quàm in miniſterii qualitate, & inſtitutionis origine, à præsbyterii gradu differentem eſſe probauimus. Deinde hunc gradum omni præmiſſa ratione, & dignitate, & authoritate presbyterio ſuperiorem eſſe; atque eundem à Chriſto, ſicut & præsbyterium, iam inſtitutum, & tum apoſtolicis, tum eccleſiaſticis traditionibus confirmatum, & obſeruatũ ſemper fuiſſe manifeſtè oſtendimus. Sed adhuc conſiderare nobis libet, ſi iſthæc Epiſcoporum, & Præsbyterorum differentia ordinis, uel gradus, ſiue dignitatis differentia ſit; & an Epiſcopatus ſit ordo, gradus, uel dignitas, ſiue eminentia quædam ordini ſacerdotali indelebiliter cohærens. Aut etiam, ſecundum alios, ſit quædam extrinſeca iudicialis poteſtas, ſiue ſola iuriſdictio, à ſummo Pontifice collata. Vnde ſi ſcri-

pturas

pturas ſacras reuoluamus, & ſi ſanctorum patrum dicta ponderemus, certè ſtatum hunc Epiſcopalem ſuper aliorum ſacerdotum ordinem ſemper digniorem, & ſublimiorem fuiſſe uidebimus; quippe qui nec ipſe ſacerdotali ordine caret, ſed illum includens ſupereminet. An uero ipſe Epiſcopatus peculiaris ordo, & ſacramẽtum ſingulare ſit; tum inter canoniſtas, & theologos; tum uerò inter theologorum nonnullos controuerſia ſemper fuiſſe uidetur. Nam canonici iuris profeſſores Epiſcopatum ordinem eſſe affirmant, dicentes, in primis hoc per decretorum authoritatem approbari; quæ quidem ordinem talem in Patriarchas, Archiepiſcopos, Metropolitanos, & Epiſcopos diſtributum eſſe dicunt; ut Dionyſius, & alii ſancti patres referunt, epiſcopatumque inter ordines nominant. Deinde argumentantur dicentes, quòd ſi oſtiarius certum gradum, & ordinem in eccleſia tenet, cur magis Epiſcopus tenere non debeat? cum Epiſcopus tum eſſentialius, tum propinquius corpus Domini noſtri Ieſu Chriſti reſpiciat, ad quod omnis ordo refertur. Vlterius dicunt quòd tota ſacramenti nouæ legis definitio epiſcopatui cõgruit, qua quidem definitione ſacramentum ſacræ rei ſignum eſſe dicitur; nam & epiſcopatus eſt ſenſibile ſignum efficiens quod figurat. Quod hinc apparet, quia in Epiſcopi unctione, ſiue conſecratione, cum certis uerbis in illius capite facta, ſignatur efficiturque epiſcopalis poteſtas ordinandi, & conſecrandi, quæ ſoli Epiſcopo conuenit; atque hoc argumentum ita affirmant: quòd electus in Pontificem, ſi Epiſcopus non ſit, conſecratur; ſi uerò Epiſcopus ſit, minime eum ſacrari oportet. Quod certe (aiunt) non obſeruaretur, ſi Epiſcopatus certus

Canoniſtarum opinio.

Ratio prima.

Diſti. 21. cleros. Diony. de eccle. Hier. c. 5.

Ratio ſecunda.

Ratio tertia.

Ratio quarta.

in eccleſia ordo non eſſet. Ac denique idem ſic probare nituntur dicentes, quòd inter ea quæ ſunt ordinis, & ea quæ ſunt iuriſdictionis, hæc potiſſimum differentia ſit; quòd ea quæ ſunt ordinis, immediatè à Chriſto ſint; ea uerò quæ iuriſdictionis ſunt, à Papa proueniãt, qui ſolus à Chriſto iuriſdictionem omnem immediatè habeat, unde omnis iuriſdictionis fons in Papa eſſe dicatur. Propter quod euenit, quòd ipſe ſummus Pontifex ſacros ordines ab ordinato tollere non poſſit, cum ab eo non ſint, & formam, ſiue characterem in anima indelebilem teneant: iuriſdictionem uerò à quouis tollere poteſt, cum hæc ab eo proueniat, & nullum imprimat characterem.

S. Tho. in 4. diſt. 25. 9. q. 1. c. 1. ubi glo. mag. & c. ordinationes. ubi glo. & 1. q 1. Dominus declarauit; cum ſequentibus.

Sed communis eſt ſententia in eccleſia, quòd Papa à degradato, uel excommunicato Epiſcopo ordinandi poteſtatem auferre non queat, quamuis abſoluendi, ſiue excommunicandi poteſtatem (hoc eſt poteſtatis uſum ſiue poteſtatem accidentalem, quæ iuriſdictio dicitur) auferre poſſit. Ideo manifeſtum eſt Epiſcopatum ordinem eſſe, quo indelebilis character imprimitur, ſicut & cæteris ſacris ordinibus imprimi ſolet.

S. Tho.

Quod etiam diuus Thomas in quarto ſententiarum affirmare uidetur, quanquàm non in ordine ad uerum, ſed ad myſticum Chriſti corpus id procedere concedat, ſuper quod Epiſcopus aliquem actum habet, & aliquam continet poteſtatem, quam ſimplex alius ſacerdos non habet, ſicut eſt ordinare, confirmare, & huiuſmodi alia facere ad munus ſuum ſpectantia; quo quidem reſpectu Epiſcopatus ordo ſupra ſacerdotium dici poteſt. Vnde etiam Ioannes Andreæ in principio

Ioan. Andr.

Sexti libri Papam ſe Epiſcopum appellare aſſerit, licet in eccleſia aliæ dignitates Epiſcopatu maiores ſint,

quia

quia Epiſcopatus eſt maximus ordo. At uerò è contra theologi affirmant epiſcopalem gradum haudquaquam ſacramentalem eſſe ordinem à ſacerdotio diſtinctum. Nam cum ordinis poteſtas ad ſacramentorũ diſpenſationem principaliter ſit ordinata, & illius maximè ſacramenti ſacramentorum, quod eſt corporis Chriſti; ideo ibi eſt aſcendentium ordinum ſtatus, & ultra ſacerdotium non eſt dare ordinis gradum; unde Epiſcopatus, prout contra ſacerdotium diſtinguitur, dignitatem ſolummodo dicit, & nouus character non imprimitur, neque noua poteſtas datur, ſed tradita ampliatur; atque hoc tali ratione confirmatur. Quia Epiſcopi ordinatio per ſaltum facta nullius eſt momenti, quum in præcedenti ſacerdotii ordine fundetur; quod tamen è cõuerſo de præsbytero euenire ſolet, cuius quidem ordinatio per ſaltum facta de facto tenet. Præterea ſecundum alios, Epiſcopatus à ſacerdotio ideo nõ eſt diſtinctus ordo; quoniam ſi ab illo diſtingueretur, aut eo inferior eſſet, quod erroneum & abſurdum dictu eſt, cum nil inferius & uilius, quod ſuperius & excellentius eſt, præſupponat; ſed Epiſcopatus ſacerdotium præſupponit, cum nemo Epiſcopus (ut diximus) conſecrari ualeat, niſi prius ſacerdos fuerit; ergo Epiſcopatus ſacerdotio inferior non eſt: aut quidem hic ordo ſacerdotio ſuperior & præſtantior eſſe diceretur, quod etiam minime eſſe poteſt. Nam ordo ſacramentalis eò prior, dignior, & ſublimior eſt, quò excellentiorem actũ habet: ſacerdotii autẽ actus Epiſcopatus actui longè præſtat, quatenus Epiſcopatus à ſacerdotio ipſo diſtinguitur; cum ſacerdotii actus ſit uerum corpus, & uerum ſanguinem Domini noſtri Ieſu Chriſti conſecrare;

Theologorum opiniones.

Opinio prima.

De exceſſ. Prælat. c. ex literis. Diſt. 52. c. ſolicitudo. De cle. per ſal. or di. c. tuæ literæ.

Opinio ſecunda.

re; actus uerò ipſius Epiſcopatus præciſus ſit homines ordinare, & ſacros reddere. Epiſcopatus igitur, ut Epiſcopatus, cum ſacerdotio neque inferior, neque dignior, neque æqualis ordo ſit, ſacramentalis ordo non eſt. Hic enim neque æqualitatem cum ſacerdotio habere apparet, cum digniorem in eo, quàm in Epiſcopatu actum exerceri probatum fuerit. Vnde non ratione alicuius ſacri ordinis, quem Epiſcopatus in ſe habeat, ſcilicet alio reſpectu dignior uel inferior ſacerdotio dicitur. Nam quamuis Epiſcopatus quo ad poteſtatem iurisdictionis, & regiminis, ſacerdotio dignior ſit; attamen quo ad poteſtatem ordinis, quem ſacerdotium habet, ipſo ſacerdotio dignior non eſt: imò (ut Epiſcopatus) inferioris actus eſſe iudicatur; & quicquid ſacramentalis ordinis in Epiſcopo ſit, nil aliud eſt, niſi quod ex ſacerdotali ordine recipere ſolet; ut ſacrum facere, confeſſiones audire, & id genus reliqua peragere, quæ ſacerdotalia munera ſunt. *Opinio tertia.* Sed alii tandem concludunt, quòd gradus Epiſcopalis, & ſacerdotium una eademque poteſtas ſit, ex qua multi actus proueniant; ut euchariſtiam conficere; pœnitentes abſoluere; homines ordinare, & conſecrare; atque huiuſmodi alii complures actus. Sed quia horum actuum alii ſine iurisdictione ſunt, ut euchariſtiam conficere; alii uerò non ſine iurisdictione exiſtunt; quæ quidem iurisdictio duobus modis conceditur, uel, ſcilicet, in foro cõſcientiæ, ut eſt à peccatis abſoluere; uel in iudiciali foro, ut eſt homines ordinare, & conſecrare, paſcere, regere, & moderari eccleſiam Dei: ideo ſimplex ſacerdos ſine aliqua iurisdictione miſſam celebrare poterit; abſoluere uerò abſque iurisdictione illa, quæ ad cõſcientiæ forũ pertinet

net, nequaquam poterit; conſecrare uerò, confirmare, ſiue ordinare, & alia præſtare, quæ ad Epiſcopos attinent, non poterit, niſi alia quoque iuriſdictio iudicialis per epiſcopalem conſecrationem ſibi accedat, quæ iuriſdictionis poteſtas poteſtatem ſanè ordinis præſuponit. Ex his itaque apparet, quòd epiſcopalis poteſtas à ſacerdotali poteſtate in actu primo nõ diſtinguatur, ſed tantum in actu ſecundo, per quem ſibi epiſcopalis iuriſdictio applicetur. Ita quòd uolunt iſti, ut iuxta Innocentii opinionem data hac iuriſdictione etiam ſimplici ſacerdoti per Pontificis commiſſionem, is conſecrare, ordinare, & alia quæ Epiſcopo congruunt facere poſſit: & è contra uolunt quòd ſi Epiſcopus degradatus, ſiue depoſitus ſit, nullo modo actus ſuos perficere poſſit, quamuis ea de facto agere tentaret: ſicque concludunt epiſcopalem dignitatem non eſſe ordinis, in quo indelebilis character imprimatur, ſed iuriſdictionis poteſtatem tantummodo eſſe, quæ à ſummo Pontifice dari, & tolli poſſit. Et quanquam Epiſcopus conſecretur, id (aiunt) fieri congruit, quia tali conſecratione, tanquam ſolenni cæremonia, perfectionis ſtatum profitetur; ac præterea id fit, ut ſignetur Epiſcopus aliquo modo à ſacerdote in ordine differre, non ut ſacramentum eſt ordo; ſed in actu ipſius ordinis ſacramenti; quæ differentia non in primo, ſed in ſecundo ordinis actu ſit: cum ordo in Epiſcopo habeat uſum reſpectu aliquorum actuum, quem (ut dictum eſt) in ſacerdote minimè habet. Quo uerò ad ſuperiores epiſcopatu gradus, non in actu ordinis, ſed in actu maioris uel minoris iuriſdictionis differt; propter quod Epiſcopum in maiori gradu aſſumpto conſecrari neceſſe non eſt.

De conſue. c. quãto. & ibi glo. & Inno.

Inter

Concluſio authoris. Inter hæc autem talem nobis placet opinionem non minus ratione, quàm authoritate firmatam in medium afferre; qua epiſcopatum, neque propriè ordinem characterem imprimentem eo modo quo ſacerdotium facit; neque ſolam iurisdictionis extrinſecam poteſtatem (quæ tolli poſſit) eſſe affirmamus: ſed dicimus epiſcopatum eſſe ordinem ſecundum quòd ordo eſt officium reſpectu quarundam ſacrarum actionum; quia Epiſcopus poteſtatem habet in actionibus hierarchicis, reſpectu myſtici corporis, ſupra ſacerdotem; atque etiam reſpectu corporis Chriſti ueri, quo ad eos, qui ad conſecrandum Chriſti corpus ordinantur. Et hoc modo iura loquuntur, quæ epiſcopatum ordinem uocant, uelut cum dicunt Epiſcopum nō Epiſcopo ea quæ ſunt epiſcopalis ordinis committere non poſſe. Ita quòd epiſcopalis poteſtas (ut Thomas ait) non eſt tantum iurisdictionis, ſed etiam ordinis communiter. Non tamē characteris rationem propriè habet (ait ipſe) quia ordo, ut characterem imprimit, per quem Chriſto configuramur, ad ſacramentū euchariſtiæ ordinatur, in quo Chriſtus ipſe continetur. Sed dico nihilominus, quòd poteſtas illa, reſpectu corporis Chriſti myſtici, immediatè, & quo ad corpus Chriſti uerum mediatè, ſupra ſacerdotem eminens, indelebilis eſt, ſicut & character (licet ad rationem characteris perfectè non attingat) quia cum conſecratione datur, quæ annullari non poteſt: ſicque gradus ſiue eminentia talis cum ipſo charactere ordinis, etiā omni iurisdictione ablata, remanet. Atque hinc ſequitur quòd hæc eminentia ſacramentalis eſſe dicatur; cum (quoquo modo appelletur) ita characteri ordinis cohæreat, & animæ indelebiliter colla-

De conſe. eccleſiæ. c. aqua. Tho. in 4. ſen. Diſt. 24. q. ulti. ar. 2. q. 2. ad 2. & 3.

Ibidem. q. 1. ar. 2.

Magi. ſen. Vgo: & S. Bona. in 4. ſen. diſt. 24. Reſp. 72. in fi.

ta imprimatur; quòd ſicut ipſe character ordinis, ita etiam hæc ordinis eminentia non amplius auferri poſſit. Meritò igitur eminentia hæc ordo ſiue gradus ſacramentalis eo reſpectu dicetur, quòd ita ſacerdotalis ordinis characteri cognata ſit, ut eiuſdem qualitatem, & naturam continere appareat. Quod quàm uerum ſit, ex eo primum conſtat, quòd ordinis diffinitio ſibi ualde congruit; quæ ſecundum canoniſtas talis eſt; quòd ordo eſt gradus clerici in eccleſia militanti. Iuxta quã diffinitionem ſiue deſcriptionem, perſpicuum eſt, nec diſcuſſione indiget, Epiſcopatum ordinem eſſe: nam manifeſtum eſt Epiſcopum clericum gradatum in militanti eccleſia eſſe. Sed theologi arctius rem tractantes dicunt, quòd ordo eſt gradus clerici ad perfectiſſimum eccleſiæ actum diſponens, qui eſt euchariſtiæ confectio. At uero ex ueterum patrum ſententia ordinem nil aliud eſſe dicimus, quàm gratiam quandam, & poteſtatem, quæ per traditionem uiſibili quodam ſignaculo baptizatis infunditur; ſiue ſecundum alios ordo eſt ſignaculum quoddam, quo ſpiritualis poteſtas traditur, cum per manus impoſitionem ad munus aliquod in eccleſia publicè gerendum ritè ordinatur. Ac propterea dicitur ordinem eſſe ſacramentum habens (ut cætera ſacramenta) ſuum uiſibile ſignum, & uerbum ſuum, atque promiſſionem à Deo aſſiſtentis diuinæ gratiæ miniſterio. Quæ quidem diffinitio cum præcedentibus in multis Epiſcopatui non parum competit. Nam quamuis proprius ille, & nouus ſacramenti character in eo non imprimatur (quod hic per ſignaculum denotatur) attamen ſuperaddita illa ordinis ſacerdotalis eminentia animæ indelebiliter impreſſa, & characteri ipſi connexa,

Rationes.

Augu.

Matth. 10.
Luc. 10.
Mar. 6.

nexa, gradum illum epiſcopalem, ex impreſſione illa charačteri uicina & ſimili; ordinem nominari faciet. Præterea ex præmiſſis facile ordo, ſiue gradus etiam ſacramentalis epiſcopatus appellari poſſet; quia tam in ordinandis Epiſcopis, quàm præsbyteris, propria conſecrationis uerba proferuntur, & unicuique eorum ſigillatim, & propriè dicuntur; atque ſingulare ſignum proprio illi ordini, ſiue gradui competens celebratur; & loco elementi manuum impoſitio adeſt, trium, uidelicet,

Cano. Apo. 1. 2. Can. Anacleti. 1. Conc. Nicæ. 4. 39. Euſeb. Diſt. 66. & 67. per to. Ambr. de digni. ſac. c. 5.

Epiſcoporum in Epiſcopo conſecrando, ſicut unius tātum in ordinando præsbytero; quemadmodum plurima loca cum in Apoſtolorum actis, & in canonibus eorum; tum in Pauli epiſtolis, & in multis eccleſiæ conciliis hoc indicant. Cuius rei myſterium diuus Ambroſius in libro de ſacerdotali dignitate in hunc modum explicat dicens. Homo imponit manus, Deus largitur gratiam; ſacerdos imponit ſupplicem dexterā, & Deus benedicit potenti dextera; Epiſcopus initiat ordinem, & Deus tribuit dignitatem. Eſt itaque manus impoſitio congruum ſignum, quo ordinati conſcientia certa efficitur de dono Dei, ſibi ad eccleſiæ ædificationem collato. Et ſimiliter capitis unctio in Epiſcopo; & unctio manuum in præsbytero, elementum ordinis dicitur;

Leui. 8. Exo. 28. 29.

quæ quidem unctio ab unctione, quæ in lege fiebat, originem habet; & in omni eccleſia tam græca, quàm latina ab Apoſtolorum tempore celebrata fuit; ut ex antiquiſſimis, & receptiſſimis ſcriptoribus comprobatur, iuxta ea quæ ſuperius allegauimus, & infra dicemus. Atque tandem in Epiſcopatus ordinatione (ſicut in cæteris conferendis ſacramentis) gratia quædam diuina ordinatis tribuitur. Vnde Apoſtolus ad Timotheū, quem

1. Tim. 4.

Epiſco-

Epiſcopum conſtituerat, ait. Noli negligere gratiam, quæ eſt in te, quæ data eſt tibi per prophetiam cum impoſitione manuum præsbyterii. Et iterum dicit. Admoneo te, ut reſuſcites gratiam Dei, quæ in te eſt per impoſitionem manuum mearum. Qua de re ex reſpectibus, atque rationibus præmiſſis, quàmplurimi affirmare non dubitarunt Epiſcopatum non tantum eſſe dignitatem ſacerdotali dignitati ſuperiorem, qui ſacerdotalem quoque ſublimitatem in ſe eſſentialiter concludit; ſed etiam ſacrum ordinem, ſiue ſacramentalem gradum eſſe; ſicut ſacræ literæ; primitiuæ eccleſiæ conſuetudo; totius eccleſiæ authoritas; ſanctorum patrum teſtimonia; congruenteſque rationes hoc annuere uidentur. Nam principio actuum Apoſtolorum hiſtoria hoc affirmat, cum ſoli Apoſtoli in Samaria baptizatos per manuum impoſitionem tradentes illis ſpiritum ſanctum confirmarunt, quod (ut iam diximus) peculiare munus apoſtolicum fuit, non diſcipulis aliis commune, qui ſimplices præsbyteros figurabant. Deinde idem aſſerit Dionyſius in eccleſiaſtica Hierarchia: ubi tres ordines ponit, & eorum ordinationem commemorat; atque inter eos ſuperiorem Epiſcopatum numerat, cui quidem purgare, illuminare, & perficere competat, qui perfecti actus hierarchici ſunt. Et Ignatius tres ordines nominat, inter quos Epiſcopatum peculiarem, & ſublimiorem eſſe ordinem ſuper præsbyterium ponit. Sic & Leo maximus in epiſtola ad Anaſtaſiũ Epiſcopũ Theſſalonicenſem ſcribens quomodo etiam ſubdiaconi uxores ducere non debeant, ait. Quòd ſi in hoc ordine, qui quartus eſt à capite dignum eſt cuſtodiri, quãto magis ſeruandum eſt, ne aut Leuitico, aut præsbyte

1. Tim. 1.

Epiſcopatus non ſolum eminens dignitas, ſed ordo etiam dicitur.

Diony. de eccle. hier. par. 1. c. 5.

Igna. in epiſt. ad Smirnen.

Leo.

In lib. Canonum, Can. 34.

rali honore, aut Epiſcopali excellentia quiſquam idoneus æſtimetur, qui ſe à uoluptate uxoria nec dum frenaſſe detegitur? ubi manifeſtè Epiſcopatum inter ordines connumerat. Et extat præterea Caii Papæ, & martyris epiſtola; in qua monet, ne aliter ordinandi ad eccleſiaſticos ordines accedant, quàm ut ſit aliquis primo oſtiarius, deinde lector, poſtea exorciſta, inde ſacretur acolytus, demum ſubdiaconus, deinceps diaconus, & poſtmodum præsbyter, & exinde, ſi meretur, Epiſcopus ordinetur. Vbi quidem Epiſcopatus ordo uocatur, eò quod ad illum ſupremum ſtatum gradatim deueniatur. Nos uerò eo ſemper reſpectu ordinem appellari Epiſcopatum, ut Epiſcopatum, intelligimus; quo ſaltem mediatè illius munus ad corpus Chriſti uerum pertineat; uel etiam quo (ut iam dictum eſt) Epiſcopus hierarchicam actionem immediatè ſuper corpus Chriſti myſticum (hoc eſt eccleſiam) altiorem, quàm ſacerdos habeat. Quia cum Epiſcopus ſuper ipſo myſtico eccleſiæ corpore ſpirituale opus perficere poſſit, quod non quilibet præſtare poteſt ſacerdos, ſequitur eum illud facere epiſcopalis ordinis uirtute; namnulli rei poteſtas hæc congruentius attribui poteſt, quàm Epiſcopali ordini. Non enim extrinſecæ iurisdictioni ſolummodo, quia poteſtas hæc non omnino tolli poteſt; non etiam ſacerdotii ordini, quia ſimplex ſacerdos idem poſſet: ſequitur ergo, quòd nouo gradui ſacramentali (qui ordo etiam dici ualeat) applicetur, cum ea quidem animæ ita adhæreat, quòd indelebilis ſit. Nam Epiſcopus etiam excommunicatus ſiue depoſitus, quamuis neminem ſacris initiari debeat, ſi tamen hoc tentet, ordinem de facto confert (ut ab initio dicebamus)

Limitatio Authoris.

Ratio.

Alleg. ſupra & infra.

1. q. 1. c. gratia. & c ſtatuimus.

bamus) non au tem ordinis executionem. Quod certe non aliunde prouenit, niſi quòd ei in ſua epiſcopali ordinatione, ſicut & in aliis ordinibus, quoddam ſignum animæ illius indelebile imprimitur, quouis nomine uocetur. Quòd ſi Epiſcopatus dignitas extrinſeca, ſiue iudicialis tantum poteſtas foret, tunc id omne ſimul à sũmo Pontifice auferri poſſet, ita ut de facto tentans nihil ageret; ſed è contrario euenit, ut, ſicut degradatus, uel excommunicatus ſacerdos, ita depoſitus Epiſcopus de facto or dinis ſui munus exequatur. Atque propoſitio hæc roboratur, cum epiſcopalis ordo, ſicut alii ſacri ordines, iterari non poſſit. Vnde ſi quis ſemel in Epiſcopum ordinatus ſit; amplius ordinari non debet: neque ſi deponatur, iterum debet reconſecrari; cum forma illa epiſcopalis ordinis indelebilis ſemper exiſtat. Et canones contrarii de ordinis executione loquuntur, quam à talibus ordinati non habent; & ea de cauſa irritæ dicuntur tales ordinationes: ſecus tamen euenit, ſi ordinati ordinantes excommunicatos, uel depoſitos ignorent; quia etiam executionem habent, neque irregularitatem incurrunt, licet poſt certam ſcientiam abſtinere, & epiſcopalem diſpenſationem ſacerdotalis ordinis quærere debeant; uel papalem, ſi epiſcopalem ordinem receperunt. Vnde cum iſti ſic ordinati non reordinentur, ſed diſpenſentur ut miniſtrent; patet quòd ab huiuſmodi Epiſcopis indelebilem poteſtatem in anima impreſſam habentibus, uerè ordines conferantur: neque ipſi Epiſcopi (ſi reſtituantur) reordinatione indigeant, ſed diſpenſatione, ſiue abſolutione: imò ſi unctio ipſa in conſecrando Epiſcopo omittatur; non reiteratur ordinatio, ſed ſuppletur: idque ea de re fit, quia indele-

1.q.7. c. Daibertũ. Tho. in 4. Sen. Diſt. 25. De ord. ab eo, qui re. epi. c. 1. & 2. ubi Hoſtien. Glo. magna, in c. 1. & c. 3. & 4. 9. q. 1. Diſt. 19. c. ſecundũ, addita gl. & 1. q. 1. Dominus: c. quod quidam. & c. quæ perfectionẽ. De conſe. diſt. 4. oſtenditur. & c. ſicut in Sacramentis. & c. non in uobis. Ricar. in 4. Sen. di. 2. Et Bona. in ſuo Breuiloq. Senten. Par. 2. c. 5. Vbi pulchra diſt.

De ele. c. quia diligentia. & Hoſtien. ubi ſupra. & Archi. De ſacra. unct. c. unico. & de ſacra. non ite. c. 1. Et 1. q. 1. c. ſacramẽta, cũ ſeq. Et Diſtin. 68. c ſicut ſemel; cũ ſequen.

indelebilis eſt, & reiterari non debet, ſicut nec alii ſacri ordines reiterantur. Hanc uero concluſionem noſtram Anacletus etiam in tertia epiſtola, de qua iam mentionem fecimus, omnino affirmat; dum in ea poſt quàm ſacerdotum ordinem bipartitum eſſe dixit, in ſequentibus uerbis ait. Amplius quàm iſti duo ordines ſacerdotum, nec nobis à Deo collati ſunt; nec Apoſtoli docuerunt. Et poſtmodum dixit, quòd Epiſcoporũ unus eſt ordo, quanquam inter eos ſit aliqua graduum differentia; utputa Primates; Archiepiſcopi; & conſimiles; quorum quidem graduum conſtitutio, & diuiſio mera apoſtolica, & non diuina traditio eſt. Ex quibus omnibus Anacleti uerbis patet, quòd ſi ab ipſo Domino ſacerdotum ordo inſtitutus, & bipartitus eſt, atque in Epiſcopatum, & præsbyteratum diſtinctus: & ſi Epiſcoporum omnium (quanquam uarii ſint inter eos dignitatis gradus) unũ eſſe ordinem Anacletus ipſe fatetur: igitur manifeſtè hinc ſequitur ex dominica inſtitutione, multo magis Epiſcopum à præsbytero, quàm Archiepiſcopum ab Epiſcopo, uel à conſimili gradu differre; ſed inter Epiſcopum, & Archiepiſcopum, & ſimiles præeminentiæ gradus differentia eſt. Ergo inter Epiſcopos & præsbyteros non ſolum præeminentiæ gradus, ſed multò maiorem differentiam eſſe, neceſſe eſt; quæ ſanè qualis ſit non uidetur, niſi ordinis, & diuinæ poteſtatis, quam Epiſcopus præ ſimplici ſacerdote habeat. Et hoc modo ad eos reſponſum eſt, qui dicunt

Ad oppo.

epiſcopatus ordinem à ſanctis patribus dignitatẽ, gradum, ſiue præeminentiam tantum intelligi. Atque tandem Damaſus in loco iam allegato Epiſcopos à ſacerdotibus, non nomine & iuriſdictione tantum, ſed etiam

Dama. in epi. ad ep. Afri.

pote-

poteſtate diſtinguit; & inter alia dicit. Solis Apoſtolis, eorumque ſucceſſoribus proprii officii eſt, tradere ſpiritum ſanctum. Et paulo poſt, hos duos ordines clarius diſtinguens, ait. Non amplius quàm duos ordines inter diſcipulos Domini eſſe cognouimus, hoc eſt duodecim Apoſtolorum, & ſeptuagintaduorum diſcipulorum; quorum primis Epiſcopos, ſecundis autem præsbyteros ſuccedere in eadem epiſtola affirmat. Et Anacletus, & alii ſancti patres concordant, ut iam diffusè allegata eorum dicta hoc approbant. Sed adhuc nobis concluſionem hanc alia ratione magis firmare placet. Nam quotieſcunque aliqua actio ualde propriè, & peculiariter alicui determinato agenti competit, quæ quidem actio uel ſibi ſimilis aliis non uidetur competere poſſe; concedere neceſſe eſt, in illo aliquam uim, & facultatem eſſe, à qua actio illa proficiſcatur, quæ in aliis minimè reperiatur. Sed ſacerdotes ordinare, & alios ordines creare in eccleſia (quod munus uerè hierarchicū eſt) ſic eſt huic ſtatui, & ordini epiſcopali annexum, ut nulli alio unquàm communicari rectè potuerit. Igitur in hoc ſtatu eſt peculiaris aliqua uis & facultas, qua tantum munus exerceri poſſit, & quæ ſtatum hunc ordinē eſſe facit, & qua etiā ſpecialiter ſtatus hic nobilitatur. Nam ſi charíſma peculiare huic ſtatui hierarchico per ritum ſacroſanctum ex pactione diuina annexum eſt, aliis ordinibus minimè commune, quid prohibet quominus is ſtrictiſſime ordo ſacramentalis ſit, & dicatur? & quare Epiſcopi ordinatio nuda electio, ſiue ſuper alios ſibi æquales externa quædam nominatio, & non potius ſimul myſtica, & ſacramentalis perfectio dici poterit? Et certè diſcurſus iſte quàm uerè concludat omnibus

Ratio.

nibus patet; nam maior illius propoſitio totius philoſophiæ fundamentū eſt; quia non ob aliud philoſophi ueras naturas diſtinguunt, quàm per actionū, & proprietatum differentiam, quæ in rebus naturalibus conſpiciuntur. Minor uerò ex totius apoſtolicæ eccleſiæ uſu, qui à Chriſti inſtitutione procedit, & ex ſanctorum patrum ſenſu conſtat. Vt in Apoſtolorum actis, & in præmiſſis authoritatibus apparet; ubi non niſi per ſolos Apoſtolos manus impoſitionem actam fuiſſe probatur: quibus ex ſpeciali Apoſtolatus, ſiue Epiſcopatus ordine, & dignitate id competebat; quod ea propter epiſcopalis ordinis eſſe conuincitur; atque hinc diuino iure inſtitutum. Nam cum ſoli Apoſtoli (qui & Epiſcopi iure diuino inſtituti ſunt) peculiari munere epiſcopali manus impoſuerint; & Epiſcopi Apoſtolorum ſucceſſores ſint (ut probatum eſt) Igitur manus imponendi officium Epiſcopis, & non aliis ſacerdotibus de iure diuino competit. Ac propterea hæc ſacra manuum impoſitio, ſiue conſecrationis ſacramentum, non iuriſdictionis, ſed ordinis epiſcopalis eſſe conſtat. Et ex eo quoque patet, quia & ſi Epiſcopus non ſuos ſubditos confirmare, uel ordinare non debeat; attamen ſi ordinat, uera ſacramenta confert; quamuis pontificium ius, ſiue canonica decreta transgrediens peccet: & non reordinatio, ſed ſola ſuperioris Prælati rati habitio ad ſuſcepti ordinis executionem ritè fiendam requiritur. Et hoc ſicut in ordine; ita in confirmatione locum habere uidetur: quoniam utrunque per manus impoſitionem fieri contingit. Quamuis ſanctus Thomas teneat id in iiſtantum euenire, quæ immediatam relationem ad corpus Chriſti uerum habent; ut eſt ſacrorum ordinum collatio.

De temp. ordinan. c. eos. lib. 6. & extra eo. c. quod translationem. Vbi Anto. de Bu. & Inno. in c. 1. de ſup. ne gl. præ. ar. 9. q. 2. c. Lugdunēſis. & Pe. de pal. idē affir.

tio. Quapropter cum manuum impoſitio nec iuriſdictionis tantum ſit (quia ſic non teneret in non ſubditis ſacramentorum exhibitio, ut hic tenet) nec ordinis ſacerdotalis (quia idem, de facto ſaltem, ſacerdos faceret) Ideo reſtat, quòd epiſcopalis ordinis eſſe dicatur. Non obſtat autem, quòd aliqui dicant Gregorium permiſiſſe præsbyteros in fronte chriſmare: quia ii, iuxta aliorum ſententiam, nihil conferebant; ſicut Innocentius tertius atteſtatur. Nec per hoc conſtat, quòd uideatur Gregorium eis licentiam peccandi dediſſe; uel eos decepiſſe. Quoniam id ad maius malum, & ſcandalum euitandum inuitus, & ubi Epiſcopi deerant, permiſit; pertulitque, ut præsbyteri illi chriſmate baptizatos in fronte tangerent: quorum quidem manus impoſitio non uera conſecratio, ſed magis ſimplex benedictio eſſe poterat. Vnde cum Gregorius ob nimium ſcandalũ euitandum inuitus illud permiſerit, non dabat eis ullã mali occaſionem; ut Auguſtinus de adulterinis coniugiis ad Polentium ſcribit. Vbi inter alia dicit. Si enim facturus eſt quod non licet, iam faciat adulterium; & non faciat homicidium. Et ſic minus malum permittitur, ut maius euitetur. Ita quòd hic non eſt conſilium, uel præceptum; quod tam in Auguſtini, quàm in Gregorii uerbis enarratur; ſed eſt comparatiua permiſſio, quæ eos, quibus permittitur, à peccato non excuſat. Vnde idem Gregorius Auguſtino Anglorũ Epiſcopo ſcribens ait inter cætera. Adhuc illis neophytis exiſtentibus, eis primum illicita conſentire, & eos uerbis, ac exemplis inſtruere oportet. Nam, iuxta Apoſtolum qui ait; lac uobis potum dedi, non eſcam; illis modo; non poſteris (ut præfixum eſt) temporibus tenenda indulſi-

De ſacra un. c. unico. §. per frontis. Tho. in 4. Sen. diſt. 25. q. 1. ar. 1. ad tertium. *Ad oppoſita.* Diſtin. 95. c. peruenit. De cõſue. c. quanto. uerſ. inaniter. & in glo. d. c. peruenit. Et in d. §. per frontis. 33. q. 2. c. ſi quod uerius. Augu. de ad. con. ad Pol. lib. 2. 26. q. 2. c. hi qui. & 22. q. 1. c. ſi. & diſt. 82. c. præsbyter. Glo. in d. c. ſi quod uerius. & ff. de priua. deli. l. 2. & ar. di. 14. c. 1.

35.q.3. c. quædam lex. §. quod ſcripſi. 1.Cor.5. Actorum 15.

dulſimus; ne bonum, quod infirma radice plantatum erat, erueretur; ſed aliquantulum firmaretur. Quod & Apoſtoli fecerunt, cum de ſuffocato, & ſanguine decretum conſtituerunt, chriſtianum populum adhuc in fide infirmum in naſcenti illa Eccleſia iudaizare permittentes; ut in Apoſtolorum actis recitatur. Qua re Epiſcopatum propriè ordinem eſſe probatum eſt. Ad id uerò, quod non nulli arguunt, nitentes epiſcopatum à uera ordinis ratione ſecludere, quia Epiſcopus, ea ratione qua Epiſcopus eſt, nihil muneris circa corpus Chriſti uerum exerceat: facile reſpondetur; tum quia non eſt adeò firmum quod aſſumunt, hoc eſt ordinis poteſtatem in eo tantũ conſtare, quòd quis exercere aliquid poſſit circa corpus Chriſti uerum: tum etiam quia licet hoc eis gratis concedamus, ſatis tamen erit, quòd huius ordinis munus & exercitium erga eos uerſetur, qui ad Chriſti corpus conſecrandum ordinantur, illos creando, ordinando, atque perficiendo; ut Dionyſius in præmiſſis affirmat dicens. Pótificum ordo ſacratior, primus eſt diuina ſpeculantium ordinum, idemque & ſummus, & ultimus; quippe in quo deſinit & impletur ſacerdotii noſtri diſtinctio omnis. Et inde rationem addit dicens. Porrò pontificalis ordinis uirtus in ſacris omnibus diſtinctionibus capitur, & per omnes ſacros ordines propriæ Hierarchiæ myſteria operatur. Itaque ad hoc quòd Epiſcopatus ordo dicatur, ſufficit quòd Epiſcoporum actio præcipua ad corporis Chriſti conſecrationem mediatè ſaltem pertineat, & Hierarchiam in eccleſia perficiat. Nam id certè concedere oportet, ſi ſubdiaconatum, atque diaconatum propriè ſacros ordines eſſe affirmamus. Neque enim aliud ſibi uoluit illa

manuum impoſitio Apoſtolorum ſuper Paulum, & Barnabam, qua ab Apoſtolis tanta cum ſolennitate ieiunii, & orationis, iuſſu Dei miſſi ſunt, quàm epiſcopalem quandam deſignationem, & eorum Apoſtolatus confirmationem per talem extrinſecam ordinationis formam denotatam; ut iam præmiſimus. Nam etſi Deus ipſe interna uocatione & unctione Paulum, & Barnabam Apoſtolos fecerit; uoluit tamen, ut idem hoc ſenſibili ſigno eccleſiæ innoteſceret: quod etiã rurſus Apoſtolos feciſſe diximus, cum Iacobum fratrem Domini per manuum impoſitionem cum ſacro unctionis ritu Hieroſolymorum eccleſiæ Epiſcopum ordinauerunt, ut & cæteris eorum ſucceſſoribus præciſam ordinandi Epiſcopos formam darent, etſi eũndem prius à Chriſto Apoſtolatus, ſiue Epiſcopatus ordine donatum fuiſſe conſtet; ſicut iam probatum eſt. Et propterea (quocunque uelis reſpectu) Epiſcopatum ordinem appellari non dedecet, ſed ualde congruum eſt. Et interim per ea, quæ præmiſimus, ad omnia alia obiecta, quæ huic noſtræ concluſioni obſtare uideantur, plenè reſponſum eſt: nam dicant alii quicquid uelint, ſat nobis eſſe debet, quòd ſi Epiſcopatus (ut Epiſcopatus) ad corpus Chriſti uerum immediatè ordinatus non ſit; ſit immediatè ad corpus Chriſti myſticum, & mediatè ſaltem ad corpus Chriſti uerum, ad hoc ut ordo dici congruat; ut de ſacris aliis ordinibus ſacerdotio inferioribus habetur; cũ quidem in ipſo Epiſcopatu noua quædam ordinis tribuatur poteſtas, quæ nulli alii conuenit, & indelebiliter impreſſa manens, actionem circa corpus Chriſti uerum mediatè perficit, nec ab aliquo extrinſeco impedimento (quin de facto exerceri ualeat)

Ad cæt. oppo.

In alleg. ſupra.

S

leat) cohiberi, uel annullari unquam poteſt. Nec obſtat etiam, quòd Epiſcopatus per ſe ſine ſacerdotio nõ exiſtat, & reſpectu corporis Chriſti ueri, ſacerdotio dignior non appareat; quia Epiſcopatus omnes ordines perficit, & eos in ſe amplectitur, atque in illis omnibus eius uirtus capitur, & propriæ hierarchiæ myſteria operatur; & in eo quoque ſacerdotii diſtinctio omnis (ut Dionyſius ait) definit, & impletur. Ita quòd Epiſcopatus ſemper in ſe ſacerdotium eſſentialiter includit, & eo maior eſt, & ſublimior; qui omnes inferiores ordines purgare, illuminare, & perficere habet, ſuperaddita ſibi diuina poteſtate, per quam ſupremus omnium ordo nominatur. Et quamuis Epiſcopus per ſaltum fieri non poſſit, ut ſit præsbyter, & ideo per ſe epiſcopatus non ſubſiſtat ut facit ſacerdotium; non tamen reſtat propter hoc quòd indelebilem formam in anima non imprimat. Quia nec confirmatio nonbaptizato dari poteſt, & nihilominus confirmatio eſt ſacramentum characterem à baptiſmo ſeparatũ in anima imprimens. Vnde ita ſacerdotiũ eſt epiſcopalis ordinis fundamentum; ſicut baptiſma eſt tam confirmationis, quàm cæterorum ſacramentorum baſis neceſſariò præſuppoſita. Nec ualet præterea quod dicitur, Epiſcopatum, & præsbyteratum unam eandemque poteſtatem in primo actu eſſe, & nõ niſi ſecundo actu iuriſdictionem cõtinente inter ſe diſtingui: quia ſic quicquid ſupra præsbyterum Epiſcopus operaretur, ex ſola extinſeca iuriſdictione conceſſum eſſet; unde de facto præsbyter ſicut Epiſcopus, ſtante poteſtate ſibi æquali in primo actu collata, ordinare & confirmare poſſet, quamuis id agendo peccaret; quod falſum eſt, & ſcripturæ authoritati

ritati, patrumque, & Conciliorum di[illegible]arium, nullaque ratione ſubſiſtens (ut per ea quæ diximus patet, & infra quoque in dicendorum progreſſu apparebit. Quoniam (ut oſtendimus) diuerſa poteſtas à Chriſto tradita fuit; & Epiſcopus peculiarem habet à Chriſto poteſtatem in anima diuina inſtitutione collatam, quæ neque in primo, neque in ſecundo actu præsbytero communis eſt: propter quod miniſterium eorũ quæ ad Epiſcopalem poteſtatem maximè pertinent non ab alio quàm ab ipſo Epiſcopo perfici poteſt; quia ea ad epiſcopalem ordinem, atque poteſtatem illam indelebilem ſolo Epiſcopo conceſſam præcisè ſpectant; ſecũdum quam poteſtatem ſibi diuino iure impreſſam, Epiſcopus ipſe etiam depoſitus ſua miniſteria ad epiſcopalem ordinem pertinentia (excepta ordinum executione, ſiue etiam gratiæ collatione, reſpectu ſacramenta in peccato recipientium contra eccleſiæ decreta) perficere ſolet, ut probauimus. Atque hinc omnia ea reſoluuntur, & confutantur, quæ contra communem & ſanam tam canonicæ, quam theologicæ ueritatis doctrinam falsò opponebantur. Quam quidem ſententiam ex præallegatis etiam Damaſi uerbis confirmatam habemus, quibus ait, quòd quicquid de rebus ad Epiſcopos pertinentibus præsbyteri egerint, ut irritum fiat neceſſe eſt; quia quod non habent, dare nequaquam poſſunt, præſertim cum nullus ex ſeptuaginta duobus diſcipulis, quorum iſti ſpeciem gerunt, aliquid de iis quæ Apoſtolis debebantur legitur aſſumpſiſſe. Atque ſimiliter Dionyſius teſtatus eſt, dum dixit, quòd diuina lex pontificalium ordinationum ſanctimoniam, & diuini confectionem unguenti, ſacramque altaris conſecrationem

S. Bonau. in ſuo breuilo. ſen. par. 6. c. 5. cum ſeq. & omnes Docto.

Tho. in 4. ſen. di. 25.

Vide ſuperius allegata.

Di. 68. c. quamuis. cum ſeq. & in præallega. iuribus.

De eccleſia. Hier.

S 2 reueren-

reuerendi[illegible] Pontificum officiis, atque uirtutibus æterna ſorte diſtribuit. Vbi ex æterna lege præcipuas illas tres actiones Epiſcopis conuenire aſſeuerat.

d.c.quam uis,cum ſeq.;

Qua quidem ratione in patrum decretis confirmatio, & ordinatio ſacerdotis irrita eſſe, & uana dicitur, ſi ab alio quàm ab Epiſcopo attentetur: cum in ſolo Epiſcô po facultas illa ſit, quæ id efficere poteſt, & quæ in ſim plici ſacerdote nullo modo eſſe reperitur. Et ſic uera & firma noſtra determinatio permanet; quòd Epiſcopatus tum ex uerbis, & ſignis ſacramentalibus, quibus confertur, tum ex diuinæ gratiæ collatione; tum etiam ex indelebili,& ſpeciali illa diuinæ poteſtatis impreſſio ne; atque ex aliis prææallegatis rationibus, non ſolum dignitas ſacerdotali ſuperior dignitate, ſed ordo congruè nominetur.

De Pontificali, atque Epiſcopali poteſtate.

SECTIO SEXTA.

HIC nobis reliquum eſt, ut conſideremus, quo modo Epiſcopatus, non ſolum quo ad ordinem, uel eminentiam ſui; ſed etiam,quo ad ſi bi collatam iurisdictionis poteſtatem, à iure diuino eſſe dicatur. Nam quamuis neotericorum aliqui conceſſerint clauem ordinis à Chriſto datam eſſe; non tamen uolunt clauem iurisdictionis, & maximè cohibitiuam traditam ab eo fuiſſe; ſed potius ab Imperatore,& à Regibus, & Principibus ſæculi huius conceſſam eſſe; cû, inquiunt, Chriſtus Petrum,& cæteros Apoſtolos, non

mundi

mundi Reges,& Principes,ſed ſacerdotes fecerit; & ipſemet à populo Rex fieri noluerit, atque regnum ſuum de hoc mundo non eſſe, dixerit. Quibus reſpondetur temporalem iuriſdictionem ſacerdotali ordini non repugnare; quoniam &ſi eccleſiæ regnum, quo ad prælatos, & ſacerdotes,non de hoc mundo,ſed ſpirituale ſit: attamen cum hic ſpiritualia ſine temporalibus diu permanere non ualeant; ideo neceſſe eſt, ut ſpirituale hoc regnum pro ſpiritualium rerum regimine,etiam temporali poteſtate utatur; quam quidem poteſtatem, ſiue iuriſdictionem temporalem eccleſiæ prælatis à Chriſto traditam eſſe,tum ratione,tũ authoritate probabimus: idque longe ante in antiquis ſcripturis figuratum fuiſſe demonſtrabimus. Nam ſi ſacræ paginæ libros diſcurramus, in lege ſcripta reperiemus, Deum olim ſacerdotes, & Pontifices electi ſui populi non minus regali, ſiue iudiciali, quàm ſacerdotali dignitate decoraſſe;imò etiã in ipſo legis naturæ tempore id eueniſſe legimus. Nam Melchiſedech Rex Salem,atque ſacerdos Altiſſimi fuit. Sic etiam Iob Rex fuit; unde ait. Cumque ſederem quaſi Rex circundante exercitu. Et ſacerdos quodammodo fuiſſe denotatur; quia holocauſta pro filiis ſuis offerebat. Præterea primogeniti Regum ſacerdotes,& Reges erant; ſicut quidam fuerunt,de quibus Iſidorus in libro ethimologiarum ſeptimo loquitur. Atque maiorum conſuetudo apud antiquos etiam Gentiles ipſos hæc erat,ut Rex etiam Sacerdos, uel Pontifex eſſet. Vnde & Romani Principes, uel Imperatores Pontifices dicebantur. In tempore uerò Moſaicæ legis Samuel ſimul ſacerdotis, & iudicis officio fungebatur;atque per ſolos ſacerdotes,aliquo tempore,populus Dei regeba-

Iuriſdictio temporalis ſacerdotali ordini nõ repugnat.

Diſt.96.c. cum ad uerum.& Iſido. de ſummo bo.lib.3. & in Exo. c.18.

Sacerdotalis, & Regalis dignitas in omni tempore cõiuncta.

Heb.7.

Iob. c.29. & 1.

Iſido.

ff.de iuſti. & iu.l.1. Diſt.20.c. cleros. uerſ.Pontifex.

1.Re.7.& per to.

regebatur. Et ſubinde Dei ordinatio ſuper huiuſcemodi regimine per prophetas, ſiue ſacerdotes declarabatur, à quibus Reges ungebantur: ſicut tandem etiam factum eſſe in Machabæorum libro legitur. Et ſecundum hoc, ſpiritalis poteſtas; inquantum uice Dei agit; temporalem inſtituere dicitur. Nam ideo à ſacerdotibus Reges ungi ſemper debuerunt, quia temporalis poteſtas per ſpiritualem perficitur, & formatur. Similiter ergo & in tempore legis euangelicæ, quando ipſe uerus Imperator, Rex, & legiſlator in terram uenit; ubi totã iuriſdictionem ſuam uicario ſuo, illiuſque ſucceſſoribus plenariè, ſuis uerò coadiutoribus in partem ſolicitudinis miniſterii ſui recto ordine reliquit: iam ipſe ſũmus Pontifex cum ſuis Epiſcopis tum Pontificali, tum uerò Imperiali potentia uti ualet; quæ quidem imperialis, ſiue regia poteſtas ſic eſt à ſacerdotio diſtincta, quòd tamen in eadem perſona cum ſacerdotali dignitate coniuncta reperitur. Nam quia uirtutes inferiorum in ſuperioribus continentur; & quæ ſunt cauſatorũ præ inſunt cauſis: ideò temporalis poteſtas, quæ ad ſpiritualem comparatur; ſicut inferius ad ſuperius; & ſicut cauſatum ad cauſam; in ſpirituali poteſtate cõtinetur. Et propter hoc tam terreni, quàm cæleſtis imperii iura à Chriſto beato Petro conceſſa eſſe dicuntur. Qui quidem Petrus, & ſucceſſores ſui hanc temporalem poteſtatem non ſecundum eundem modum habent, ſecundum quem à Principibus temporalibus habetur; ſed digniori, ac perfectiori modo: quoniam poteſtatis illius opera immediatè non exercent, niſi in aliquibus caſibus. Sed nobiliori modo ea peragunt imperando, ſcilicet, & dirigendo, & illis ad proprium finem utendo.

De ſentẽ. excom. c. mulieres. in fi. ubi glo. uer. ſi ſupra. De ſacra un. c. unico.

Diſt. 96. c. Conſtantinus.

Diſt. 22. c. omnes cum ſeq.

Qui fi. ſint legi. c. per uenerabilẽ. §. rationibus.

Pro-

Propter quod Principes omnes temporales ei obedire debent, apud quem ſpiritualis poteſtas in ſummo reſidet; atque ipſum, ut ſuperiorem, & caput recognoſcere, & reuereri tenētur; ut Bernardus in epiſtola ad Conradum Imperatorem ait. Vnde omnis cauſa ad puniendum peccatum ad eccleſiam pertinet; quæ de temporalibus ſaltem mediatè, ſi non ſemper immediatè iudicat. Quia, ſicut dictum eſt, non eodem modo, ut Princeps temporalis, temporalem iuriſdictionem exequitur. Et hæc duplex poteſtas in prælatis ipſis per clauem ordinis, & clauem iuriſdictionis exprimi ſolet; nā clauis ordinis ſacerdotalis poteſtas eſt, clauis uerò iuriſdictionis regalis quodammodo poteſtas eſſe perhibetur: ſed quibus utraque hæc poteſtas tam ſcriptæ, quā euangelicæ legis tempore communicata fuerit diligenter inſpiciamus. Sacerdotalis ſiquidem poteſtas tempore legis ſcriptæ aliquibus ex Dei præcepto ſpecialiter conceſſa fuit, ut Aaron, & illius generi; licet tempore Heli ad Samuel translata fuerit, quippe quæ mutatio legalis ſacerdotii in ſacerdotium Chriſti translationem denotauit; nam Samuel qui à Deo poſtulatus interpretatur, & propheta, & ſacerdos, & iudex fuit, ipſum Chriſtum congruè præfigurauit. Sacerdotalis uero euangelica poteſtas à Chriſto Apoſtolis, & eorum ſucceſſoribus, & per ipſos etiam aliis deinceps in locū eorū ſubſtitutis cōmunicata fuit: cuius quidē poteſtatis etiam diſcipuli eius LXXII participes facti ſunt. Quā quidem poteſtatem Dominus primo quo ad actum ſanctificandi communicauit, cum in ultima cæna, poſtquā ipſe corpus, & ſanguinem ſuum conſecrauit, & Apoſtolis ſe ſumendum tradidit, eisdem atque ſucceſſori-

De maio. & obed. c. omnes Prīcipes.
Bernard.
11. q. 3. qui reſiſtit. diſt. 8.
Quæ contra. 2. q. 6. qui ſe ſcit.
Diſt. 95. eſto.
Diſt. 63. Tibi Domino. & c. Valentinianus.
Glo. in pſ. 2. uerſ. & nunc reges.
De iudi. c. nouit.
11. q. 1. quicūque litem.
De ele. c transmiſſam.
De conſ. eccle. d. c. aqua.
1. Reg. 3. & 7.
De con. di. 2. quia corpus.
Diſt. 21. in nouo. ubi glo.

bus ſuis formam, & poteſtatem ſimiliter faciendi, at-
Lu.22. que ſacramenta illa aliis diſpenſandi & miniſtrandi re
liquit, dicens. Hoc facite in meam commemoratio-
nem. Quibus ſanè imperatiuis uerbis actio conſecran-
di, & communicandi Apoſtolis præcipitur; nam illud
facere eos iubet, quod ipſi Apoſtoli Chriſtum facere ui
debant; qui quidem non ſolum corpus ſuum conſecra
uit, ſed etiam diſtribuit. Vnde cum actio iſta, quæ om-
nis excedit creaturæ potentiam, ſine facultate, & pote-
ſtate diuinitus collata fieri non poſſit, ſubinde ſequitur
hanc faciendi poteſtatem, hoc eſt corpus Chriſti conſe
crandi, atque illud diſtribuendi tam illis, quàm ſucceſ-
ſoribus ſuis conceſſam fuiſſe; cū maximè actiones iſtas
non ſemel, aut bis, aut pro Apoſtolorum tempore tan-
1. Cor. 11. tum, ſed uſque ad finem ſæculi (ut Paulus Apoſtolus
ad Corinthios ſcribens exponit) in eccleſia exerceri de
De con. di. 4. propriè. bere conſtituiſſet. Præterea ſacerdotalem hanc poteſta
tem etiam quo ad actum docendi, & alia ſacramenta ex
hibendi, contulit, officiumque ea faciendi Apoſtolis,
& eorum ſucceſſoribus tradidit, cum iam iam ad cœlos
Matt. ulti. Mar. ulti. aſcenſurus dixit eis. Euntes in mundum uniuerſum,
prædicate euangelium omni creaturæ. Et alibi ait. Eun
tes docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine pa
tris, & filii, & ſpiritus ſancti, docentes eos ſeruare om-
nia quæcunque mandaui uobis. Atque hanc poteſta-
tem Dominus aliàs Apoſtolis ipſis dederat, ſed imper-
fectè; cum eos in uias gentium, uel in ciuitates Sama-
Lu. 10. ritanorum abire uetuit: quod & ſeptuaginta duobus di
ſcipulis ſuis mandauerat, cum eos ad ea tantum loca
miſit, ad quæ ipſe uenturus erat: poſt reſurrectionem ue
ro quos ſacerdotes iam initiauerat, in ſacerdotio con-
ſumauit.

ſumauit. Hæc autem docendi poteſtas, non ſolum quo ad prædicationem, ſed etiam quantum ad uerbi Dei declarationem attinet, intelligitur. Non enim caret eccleſia Dei eo, quod, pro conuenienti ſui regimine, ſinagoga olim habuit: ſed illa ſacerdotum magiſterium habebat, qui legis contentiones, & difficilia de religione dubia terminarent, ut etiam Apoſtoli in quæſtione illa de legalium ceſſatione uſi ſunt. Eccleſia igitur ſacerdotibus, & doctoribus ſuis non minus, quàm illa, fulciri debet, qui, ſpiritu ſancto dirigente, & docente, ſaluberrima eorum doctrina, & uera ſcripturarum expoſitione, ipſius eccleſiæ regimini cõſulant, & auxilium præſtent. Quod certè Chriſtus etiam ſignificare uoluit, cum Apoſtolos ſuos ſuper ſedes duodecim ſeſſuros eſſe prænuntiauit; atque Apoſtolus expreſſius idem denotauit cum ad Timotheum dixit. Noli negligere gratiam, quæ data eſt tibi per prophetiam. Vbi per prophetiam donum intelligendi, authoritatemque declarandi ſcripturam ſancti doctores intellexerunt: etſi iſti falſi, & aquilonares Rabbini ſoli ſcripturam exponere uelint; qui ſe apud idiotas, arrogantesque homines de Chriſti euangelio uanè gloriantur, ueroſque euangelii uindices ſe uocant, primas cathedras inter ſuos occupantes, & diabolico ambitu affectantes ab omnibus hominibus uocari Rabbi; atque præ ſe cæteros omnes, tanquam rudes, deſpicientes: quoniam ii nullam aliam doctrinã, quantumuis apoſtolicam, & à tota primitiua eccleſia receptam, admittunt; ſed ſcripturæ intellectum pro ſuo arbitratu moderantur, quaſi euangelium non teneant illi, qui cum eo eccleſiaſtica dogmata à primordiis fidei per Chriſtum, & ſanctos Apoſtolos, aliosque eccleſiæ

Io. c. 20.

Actorum 15.

1. Timo. 4.

uenerandos patres, & totius orbis magiſtros tradita, atque euulgata recipiunt: aut quaſi euangelio non conſentiant, qui eccleſiam ſanctam Ieſu Chriſti ſponſam, iuxta eiuſdem ſponſi præſcriptum, audiunt, & tanquàm ueri filii ſub eius diſciplina ſe continent: aut denique quaſi euangelium non intelligant ii, qui eccleſiaſticæ & apoſtolicæ traditioni, & ſanctorum uirorum interpretationi inhærentes, non autem ingenio ſuo fidentes,
2. Cor. 10. ſed intellectum (iuxta Apoſtoli documentum) in obſequium fidei humiliantes, & magis alieno, quàm proprio iudicio credentes, euangelii ſenſus percipiunt: ſed ii potius euangelium calleant, qui Lutheri, Vuitclephi, Huſsii, Pichardorum, Vualdenſium, & aliorum huiuſmodi hominum nouas phantaſias ſequũtur & admirantur. At nos in Domino noſtro Ieſu Chriſto confidimus (cuius fidem profitemur, & eccleſiam ſanctam, ca-
Ioan. 14. tholicamque Romanam à ſpiritu eius directam uenera-
Matt. 16. mur) quòd non dimouebit nos à firma hac petra, in qua
1. Co. 10. fundati ſumus, neque ab apoſtolicis dogmatibus, in
Actorum 16. quibus enutriti ſumus, non tantum Lutherus ille impius, & reliqui apoſtatici, & nugatores illius ſequaces,
2. Tim. 4. qui in ſcriptis ſuis, præter fumum, & uana, & phalera-
Gala. 1. ta, & fucata uerba, nihil habent; ſed ne Angelus quidem, etiam ſi de cœlo ſigna, & prodigia faceret, ac cœlum terræ nunquam uiſis portentis miſceret. Eccleſiam enim nouimus, & certò ſcimus à Chriſto ſponſo ſuo,
Matt. 28. iuxta eius pollicitationem, deſertam nunquam fuiſſe,
1. Tim. 3. imò ipſam (ut Paulus docet) columnam, & firmamentum ueritatis in hoc uiſibili, & tranſitorio mũdo à Deo conſtitutam eſſe; unde id præcipuè, ſemperque à nobis abeſt, ut errare illam, aut labi poſſe credamus. Hæc au-
tem

tem, de qua loquimur, prædicandi, ſiue docendi autho ritas non ex ui ſacerdotalis ordinationis confertur, nec par eſt in omnibus; ſed primitus (ut dictum eſt) Apoſtolis, & aliis diſcipulis tradita fuit; atque inde Epiſcopis, & præsbyteris animarum curam agentibus in eorum locum ſubſtitutis cõſequenter traditur, in eo quòd parochos ſuos inſtruere debeant: nec quenquam eam ſibi temerariè aſcribere decet, ſicut monet Innocentius dicens. Cum ordo doctorum quaſi præcipuus ſit in eccleſia, non debet ſibi quiſque indifferenter prædicationis officium uſurpare; nã (ſecundum Apoſtolum) quomodo prædicabunt, niſi mittantur? Et ueritas ipſa, Dominum meſſis rogare, ut operarios in meſſem ſuam mitteret, Apoſtolis præcepit. Regalis uerò iuriſdictio, & poteſtas in ueteri quidem teſtamento aliqualiter, & ex parte in ſpiritualibus; in temporalibus uerò quandoque in totum ſacerdotibus communicata fuit; ad quorum officium pertinebat de quibuſdam ſpiritualibus, uel quæ ſpiritualia figurabant, iudicare, ſicut inter lepram & lepram, inter mundum & immundum, & ſimilia; atque (ut diximus) de multis aliis etiam temporalibus ius dicebant, alioſque extra caſtra propelli, alios extra ciuitates exulare, & alios lapidari, & aliis pœnis puniri iudicabant; & aliquandiu etiam, temporali ipſo regimine, populum Dei totaliter gubernarunt. In nouo autem teſtamento authoritas hæc à Chriſto Apoſtolis, & eorum ſucceſſoribus perfectius collata fuit; quæ duplicis iuriſdictionis poteſtas dicitur, hoc eſt, ſpiritualis & particularis iuriſdictionis in foro pœnitentiali; quæ ſacerdotalem ordinem præſupponit, in quo etiam ipſa abſoluendi poteſtas confertur; etſi uſus illius non

De hære. c. ex iniuncto. Innocentius. Rom. 10. Lu. 10. *Regalis poteſtas.*

tribuatur (ut infra dicetur) & iudicialis temporaliſque iuriſdictionis in manifeſto & contentioſo foro; quæ quidem propriè iuriſdictio regum, & iudicum eſſe dicitur. Hæc autem duplicis iuriſdictionis poteſtas principaliter beato Petro, & cuilibet illius legitimo ſucceſſo
Matt. 16. ri à Chriſto promiſſa fuit, cum ipſi Petro dixit. Tibi dabo claues regni cœlorum &c. Atque inde acceſſoriè etiam omnibus Apoſtolis eadem pollicitatio facta eſt,
Matt. 18. cum Dominus eis dixit. Amen dico uobis quæcunque
Ioan. 20. ligaueritis ſuper terram, erũt ligata & in cœlis, & quæcunque ſolueritis ſuper terram, erũt ſoluta & in cœlis. Poſtmodum uero beato Petro uelut uniuerſali totius eccleſiæ Paſtori & capiti, ſpeciali quodam modo, præ aliis omnibus, promiſſa huiuſmodi poteſtas plenariè collata, atque confirmata fuit, dum Dominus poſt reſurrectionem ſuam ei dixit. Paſce, & rege oues, & a-
Ioan. 21. gnos meos. Atque ſimiliter omnibus Apoſtolis ſuis in conclaui congregatis, uelut ipſius Petri coadiutoribus pro parte eandem conferens poteſtatem dixit. Sicut miſit me Pater, & ego mitto uos; & hæc dicens inſufflauit
Ioan. 20. eis, & ait. Accipite ſpiritum ſanctum; quorum remiſeritis peccata remittuntur eis, & quorum retinueritis retenta ſunt. Ita quòd ſicut Petro, & ſuis ſucceſſoribus uniuerſaliter; ſic Apoſtolis, & in locum eorum ſuccedentibus pro parte ſolicitudinis à Chriſto immediatè hæc poteſtas collata fuit; nam non ſoli Petro eam detulit, ut illam Apoſtolis cæteris communicaret, atque is alios mitteret, & ſpiritum ſanctum eis daret; ſed Apoſtolis omnibus eam exhibuit, & illis omnibus dixit. Sicut miſit me Pater, & ego mitto uos. Atque ait omnibus illis Accipite ſpiritum ſanctum, & quorum remiſeritis pec-
cata

cata remittuntur eis,&c. Vnde hanc diuinam iudicialem ligandi, ſoluendique poteſtatem tam in Apoſtolis, quàm in eorum ſucceſſoribus eſſe,& perſeuerare uoluiſſe Dominus oſtendit; quippe qui ſucceſſores, Prælati ſcilicet, & Paſtores, immediata ipſius Domini authoritate (ubi à Pontifice applicati eſſent) populum ſibi aſſignatum regerent. Quod quidem & in multis aliis euangelii locis expreſſum reperitur. Nã in ſancto Matthæo iuriſdictionis poteſtatem, quam hodie Epiſcopi Apoſtolorum ſucceſſores exercent, utputa excommunicandi, & indignos ac rebelles à dignis chriſtianis ſeparandi, ſimul cum obedientia, quæ illis debetur, Apoſtolis, & in locum eorum ſuccedentibus ipſe Chriſtus contulit, dum ibi, poſtquam de fraterna correctione diſſeruit, dixit. Si eccleſiam non audierit (rebellis ſcilicet, & contumax effectus) ſit tibi tanquam æthnicus, & publicanus. Et ſimul ad Apoſtolos, quibus munus illud delegabat, conuerſus iam allegata uerba adiecit, dicens. Amen dico uobis, quæcunque alligaueritis ſuper terram, erunt ligata & in cœlo, & quæcunque ſolueritis ſuper terram, erunt ſoluta & in cœlo. Ex quibus uerbis apparet iuriſdictionis poteſtatem nõ ſoli Petro, ſed omnibus etiam Apoſtolis, eorũque ſucceſſoribus, quo ad extrinſecam quoque eccleſiæ formam, delegatam fuiſſe. Nam quid aliud ibi per eccleſiam intelligi debet, quàm eccleſiaſticum forum, & Prælatorum iudicum in eccleſia iuriſdictio? Ad quorum tribunal tum accuſationes, tum inquiſitiones, uel denuntiationes fieri congruit; & exinde monitiones, ſuſpenſiones, interdicta, & ſententiæ aliæ procedunt: atque ſic illum euangelii locum omnes ſancti eccleſiæ antiquiores interpretati

Matt. 18.

ſunt,

Cypria. ſunt, & maximè Cyprianus; & Alexander primus Apo
Alexan. ſtolorum diſcipulus in epiſtola ſecunda ad Aegyptios;
Fabia. & Fabianus martyr in epiſtola ad omnes chriſtianos;at
Athana. que Athanaſius in quodam ſermone ſuper illud euange
lii dictum. Euntes in caſtellum &c. Qui omnes Epiſcoporum poteſtatem, atque obedientiam commendant. Ac præterea hanc regēdi eccleſiam iuriſdictionem ſuis Apoſtolis à Domino traditā fuiſſe ex eo apparet, quòd
Lu. 22. is poſt ultimam cænam illis dixerit. Ego diſpono uobis, ſicut diſpoſuit mihi Pater meus regnum. Per quod uerbum regnum, eccleſiam ipſam doctores intelligūt.
Matt. 10. Atque tandem Matthæus, & Lucas, & Marcus, non ſi-
Luc. 9. ne graui emphaſi, narrant, quo pacto Chriſtus in mon-
Mar. 3. & 6. tem aſcēdens ad ſe uocarit quos ipſe uoluit, feceritque ut eſſent duodecim cum illo, atque illos ad prædicandum binos miſerit; & quam eis poteſtatem ſuper immundos ſpiritus, & ſuper morbos dederit: atque non
Matt. 10. multò poſt erga illos dixerit. Qui uos recipit, me reci
Lu. 10. pit. Et alibi. Qui uos audit, me audit; & qui uos ſpernit, me ſpernit. Per quæ uerba miniſterii authoritatem
2. Co. 3. & 13. à miniſtris in ſe transferre demonſtrauit. Quapropter hac uſus poteſtate Apoſtolus ad Corinthios ſcribens dicebat. Etſi amplius aliquid gloriatus fuero de poteſtate noſtra, quam dedit nobis dominus in ædificationē, & non in deſtructionem ueſtram, non erubeſcam. Atque ad finem Epiſtolæ ait. Ideo hæc abſens ſcribo, ut non præſens durius agam, ſecūdum poteſtatem, quam dominus dedit mihi. Et hinc Corinthum quendam,
1. Cor. 5. atque Hymenæum, & Alexandrum Sathanæ tradidit.
1. Tim. 1.
Tit. 3. Et Tito præcepit hominem hæreticum poſt unam, & alteram monitionem eſſe uitandum. Vnde Hieronymus

mus in Matthæum, iudiciariam poteſtatem in Apoſtolis iam fuiſſe, & in omnibus eccleſiæ Prælatis perdurare, aſſerit. Et in hac quidem iuriſdictione, & adminiſtratione ſingulos Apoſtolos certas ſuas prouincias, & deputata ſibi regna habuiſſe uidemus, cum poſt Chriſti aſcenſionem poteſtatem ſibi ab eo traditam in illis prouinciis in uſum deduxerunt, quæ iam (ſpiritu ſancto dictante) inter eos diſtributæ fuerunt. Nam Iacobus maior princeps fuit Hiſpaniæ, qui primus ex Apoſtolis, propter fidem Chriſti, ſupplicium ſuſtinuit, & mortem ſubiit; atque poſt obitum corpus illius, præ aliis Apoſtolorum corporibus, maxima ueneratione colitur. Deinde Iacobus minor Hieroſolymis rexit, ubi (*ſicut dictum eſt*) à tribus Apoſtolis, Chriſti præceptũ, & exemplum ſequentibus, & cæteris epiſcopalis ordinationis formam dantibus, Epiſcopus ordinatus fuit: ubi is primus ſacroſanctum Miſſæ ſacrificium celebrauit, ſicut ſexta Synodus in Decretorum libris regiſtrata teſtatur. Præterea Philippus Scythiam gubernauit. Thomas Indiam. Matthæus Aethiopiam. Bartholomæus Armeniam, & Licaoniam. Simon primo Meſopotamiam: Iudas Thadæus frater eius Aegyptum; ac deinde uterque ſimul Perſidem. Ioãnes illuſtrauit Aſiã. Andreas Achaiam. Matthias in Iudæa permanſit. Petrus Pontum uſque peruenit; atque inde Bithyniam, Galatiam, & Cappadociam peragrauit; præterea Antiochiam, ac denique Romam uſque ſe contulit. Paulus uerò quocunque locorum peruenit, ibi Chriſtum prædicauit; quippe qui nihil penè ex uniuerſo orbe reliquum fecit, ubi fidei ſemina non plãtauerit, ſicut illius peregrinationes ſatis luculenter explicare uidentur.

Vlterius

Hiero. in Mattheũ. c.16.

De conſe. di. 1. Iacobus.

Sophronius; & Phielaletus epiſtolam cleri recẽſens, de martyrio S. And.

Vlterius uerò, quòd hæc epiſcopalis poteſtas, & dignitas, ex Chriſti inſtitutione, & ſpiritus ſancti authoritate iam ordinata, in cæteris omnibus Apoſtolorum ſucceſſoribus eadem diuina authoritate firmata perſeueraret, ac perduraret, in actis Apoſtolorum manifeſtè conſtat. Vbi Apoſtolus Paulus non Petro, uel alteri, aut humano arbitrio epiſcopalem ſtatum & ordinationem tribuit, ſed magis ipſi ſpiritui ſancto, dicens. Attendite uobis & uniuerſo gregi, in quo uos ſpiritus ſanctus poſuit Epiſcopos regere eccleſiam Dei: hoc eſt, in quo uos ſpiritus ſanctus Epiſcopos inſtituit, ut eiuſdem authoritate munus illud peragatis. Vbi Paulus Aſianis animarum Paſtoribus loquens, eos fatetur à ſpiritu ſancto tum Paſtores, tum Rectores, tum uerò gregis ſui defenſores factos fuiſſe; & per conſequens Prælatos, quibus oporteret ut ſubditi obedientiam, & reuerentiam exhiberent, inſtitutos eſſe. Et alibi in eiſdem Apoſtolorum actis poteſtas & iuriſdictio hæc à ſpiritus ſancti inſtitutione proueniſſe probatur, ubi ſcriptum reperitur. Miniſtrantibus autem illis Domino, & ieiunantibus, dixit illis ſpiritus ſanctus. Segregate mihi Saulũ, & Barnabam in opus, ad quod aſſumpſi eos; tunc ieiunantes & orantes, imponentesque eis manus, dimiſerunt illos; & ipſi quidem miſſi à ſpiritu ſancto abierũt Seleuciam &c. Qui licet à ſpiritu ſancto inſtituti, & miſſi eſſent; tamen per manuum impoſitionem etiam ab Apoſtolis dimiſſi ſunt, & ad opus illud ſegregati; ut (ſicut ſæpe diximus) cæteris Epiſcopis ordinandi forma daretur. Sed & Apoſtolus, ad Epheſios ſcribens, idem expreſsè affirmat, dum de ſpiritu ſancto loquens ait. Et ipſe dedit quoſdam quidem Apoſtolos, quoſdã propheprophe-

Act. 20. — Act. 13. — Ephe. 4.

prophetas, alios uerò euangeliſtas, alios autem Paſtores ad conſummationem ſanctorum, in opus miniſterii, in ædificationem corporis Chriſti. Atque idem aſſerit Vrbanus martyr in ſua epiſtola ad omnes chriſtianos; in qua Epiſcoporum poteſtatem diuina authoritate ſibi collatam eſſe teſtatur dicens. Sedes Epiſcoporum in eccleſiis ſpeculationem, & poteſtatem iudicandi, ſoluendi, atque ligandi ſibi à Domino datam docet. Sic & diuus Dionyſius de ordine epiſcopali loquens ait. Huic præter ordines cæteros in ſui miniſterium diuina lex officia ſacratiora tribuit. Et beatus Clemens in prima ſua epiſtola mandatum Petri referens dicit. Epiſcopos per ſingulas ciuitates, quibus ipſe Petrus non miſerat, doctos & prudentes, iuxta Domini præceptionem; nobis mittere præcepit. Vbi in creatione, & in miſſione Epiſcoporum, Chriſti mandatum Petrum allegaſſe, manifeſtè conſtat. Ex quibus omnibus ſanè patet epiſcopatus ordinem, dignitatem, eſſentialemque iuriſdictionis poteſtatem, non (ut quidam dicunt) à Papa, uel ab alia humana lege emanaſſe; ſed à Chriſto iam Apoſtolis omnibus traditam eſſe; & deinceps in eorum ſucceſſoribus Epiſcopis eadem authoritate confirmari: quibus quidem Epiſcopis in eorum ordinationibus non ſolum epiſcopalis ordo, ſed etiam illis competens iuriſdictionis poteſtas, & titulus regiminis ſuper ſubditum ſibi gregem traditur; cum epiſcopalis gradus & ſtatus prælaturam, & paſtoratum ſuper ſubditos aliquos dicat; etſi quandoque eueniat, ut ipſo iuriſdictionis uſu careant, ex eo quòd non dum ſuæ poteſtati applicatos ſubditos habeant: quod tamen ualde indecens eſſe apparet. Vnde Cyprianus ait. Chri-

Vrbanus.

Diony. ubi ſupra.

Clemens.

Cypria. 24. q. 1. loquitur.

ſtus Apoſtolis poſt reſurrectionem ſuam parem poteſtatem tribuit. Et quamuis ſacerdotio congruè ſibi iuriſdictionis uſus regulariter non debeatur, cum multi ſacerdotes ſine cura animarum, & omnino abſque ſub ditis ſint; Epiſcopo tamen (qui dicitur ſuperintendens) præter poteſtatem ordinis, poteſtas, uſuſque iuriſdictionis, atque ſubditus populus debetur. Atque ideo magnis & iuſtiſſimis de cauſis Concilium Viennenſe generale ſub Clemente quinto celebratum, in quo cõſtitutiones, & definitiones illæ, quæ in Clementinarum uolumine feruntur, probatæ ſunt; decreuit, prorſuſque uetuit, ne quis Paſtorem cathedrali eccleſiæ quauis ratione ſibi ſubditæ prouideat, ſeu procuret, quæ clero, & chriſtianis ſubditis careat: nam Epiſcopus titularius, & ſine ſubditis porrò dedecori, & opprobrio eſt digni tati, graduique epiſcopali; cum certè, ſine aliquo ſuæ iuriſdictionis uſu, haudquaquam dici Epiſcopus rectè poſſit; quoniam dux ſine exercitu; paſtor ſine grege & prælatus ſine ſubdito clero, atque populo, ualde incongrua appellatione nominantur. Quæ quidem Epiſcoporum iuriſdictio, quomodo ſecundum potentiam à Chriſto in ordine epiſcopali conferatur; & quomodo quò ad ipſius uſum, à Pontifice diſtribuatur, cum per eum ſubdita materia applicatur, inferius exarabimus. At uero qualiter hæc ſpiritualis, atque iudicialis iurisdictionis authoritas, à Chriſto Prælatis tradita, ad coactiuam etiam iuriſdictionem extendatur, hic ſpeculari libet. Vnde pro comperto habemus, quòd præter eam poteſtatem, qua peccata remittuntur, uel retinentur; uerbum Dei diſpenſatur; & ab eccleſiæ cætu indigni excommunicántur; illa etiam poteſtas

Concil. Vien. Clem. de cle. c. plerique.

Poteſtas coactiua.

prælatis

prælatis congruit, qua ii, ſecundum deliɛtorum quali tatem, debitas pœnas reis adhibeant,& plenam correɛtiônem circa ſubditos ſuos faciant. Quæ planè poteſtas, non (ut hæretici aiunt) ex Imperatorum,& Principum chriſtianorum beneuolentia,& conceſſione indulta fuit; qui quidem humiliter hæc iura confirmarunt, & defendere,& obſeruari facere ſtatuerunt,non autem inſtituerunt; ſed eodem diuino iure ipſis eccleſiæ prælatis tradita fuit, quo etiam ſacerdotalis poteſtas collata eſt. Quod profeɛtò difficile non erit (ultra allegata) tum ratione, tum apoſtolica traditione,& tum ſanɛtorum Patrum teſtimoniis commonſtrare. Nam primò ſi Epiſcopi eccleſiarum præſidentes, reɛtoresque fidelium ſunt (ut iam diɛtum eſt, & infra uberius dicetur) & cum maximè circa ſubditorum peccata eorum imperium, & iuriſdiɛtio uerſetur; atque inſuper cum multipliciter à ſubditis peccari poſſit,& pro deliɛtorũ menſura, & qualitate (ut ipſa naturalis ratio diɛtare ui detur) congrua pœnarum medicina adhiberi debeat; propterea imprudenter à Deo huiuſcemodi eccleſiæ poteſtas inſtituta uideretur (quod dicere, uel cogitare etiam nefas eſt) ſi tantum unus coaɛtionis, & punitionis modus, pro tam diuerſorum criminum cenſura,quæ in eccleſiæ membris quotidie contingunt, illi conceſſus eſſet. Quòd autem culparum uarietates adſint,quæ correɛtionum diuerſitates requirant, ipſa nos experientia inſtruit. Vnde beatus Auguſtinus, de correptione, & gratia ſcribens, ait. Corripiantur itaque à præpoſitis ſuis ſubditi fratres correptionibus de charitate uenientibus pro culparum diuerſitate,diuerſis,uel minoribus, uel amplioribus, quia & ipſa, quæ damnatio nominatur,

de iudi. c. nouit.

Augu. de cor. & gra. c. 15.

tur, quam fecit epiſcopale iudicium (quia pœna in eccleſia nulla maior eſt) poteſt, ſi Deus uoluerit, in ſaluberrimam correptionem cedere, atque proficere. Sed & Pauli Apoſtoli authoritas de hac coactiua poteſtate
1. Cor. 6. manifeſtam doctrinam præbet, ubi Corinthiis iurisdictionem circa lites, & cõtentiones de rebus adhuc temporalibus eccleſiæ tribuit; atque id certè, antequam Imperatores chriſtiani eſſent, decretum fuit. Nam ſæcularia (inquit) iudicia ſi habueritis, contemptibiles, qui ſunt in eccleſia, uiros conſtituite ad iudicandum. Ecce ergo in eccleſia Corinthiorum iudices ad dirimendũ de ſæcularibus rebus contentiones conſtituuntur. Propter quod ſi eccleſiæ ſeniores, & Paulus ipſe iudices creare poterant, qui de huiuſmodi rebus ſententiam ferre poſſent; poteſtatem abſque dubio habebant apud ſe circa huiuſmodi res ſubditos iudicandi, atque coer-
1. Tim. 5. cendi. Præterea beato Timothæo (qui Epiſcopus erat) idem Apoſtolus ſcribit dicens. Aduerſus præsbyterum accuſationem noli recipere, niſi ſub duobus, aut tribus teſtibus. Vnde ſi coram Epiſcopo Apoſtolorum tempore accuſatio præsbyteri cum teſtium ſolennitate deferebatur; argumentum clarum eſt, apud illos ea tempeſtate iudicium, & authoritatem fuiſſe, qua, iuxta probata, reum accuſatũ damnare, uel abſoluere poſſent. Quòd ſi damnare poterant, cum non omnia peccata æqualia ſint, nec æqualem pœnam, & damnationem requirant; ſubinde coactiuam poteſtatem ab excommunicandi poteſtate diuerſam, in Epiſcopis fuiſſe neceſſariò concluditur. Atque idem Apoſtolus ad Corinthios ſcribens, ait. Ecce tertio hoc uenio ad uos, & in ore duo-
2. Co. 13. rum, uel trium teſtium ſtabit omne uerbum. Vbi Apo-

ſtolus

ſtolus Paulus per Euangelii uerba non ſolum excommunicandi, & interdicendi; ſed etiam, iuxta allegata, & probata, iudicandi, & puniendi iuridicam poteſtatem ſumpſit. Vlterius in canonibus etiam Apoſtolorũ depoſitionis pœna, præter excommunicationem, ualde frequens nominatur. Similiter & in prima epiſtola Clementis Petrus Apoſtolus per præsbyteros eccleſiæ contentionum diſſidia fratrum dirimi iubet, dicens. Si qui ex fratribus negotia habent inter ſe, apud cognitores ſæculi non iudicentur, ſed apud præsbyteros eccleſiæ, quicquid illud eſt, dirimatur, & omnino obediant ſtatutis eorum. Iam ecce hic iudicii contentioſi fori poteſtatem in præsbyteris, & circa ſæcularia adhuc negotia eis obediendi neceſſitatem uidemus. Euariſtus quoque præsbyteris mandat, ut populorum crimina examinent, & medicinas applicent; quod quidem ſine coactiua poteſtate plenè fieri non poſſet, cum infirmi ſubditi medicinas à ſe facile reiicerent. Vnde is ait. Sacerdotes exquirere debent peccata populorum, & ſagaci ſolicitudine unumquenque probare iuxta teſtimonium Domini ad Ieremiam dicentis. Probatorem dedi te populo meo robuſtum. Nõ igitur poſſunt maligni iſti, & fallaces ſæcularium Principum adulatores, poteſtatiſque eccleſiaſticæ oſores coactiuam hanc poteſtatem in eccleſia negare, quippe quæ ante Principum beneficia, tam ex diuina, quàm ex apoſtolica traditione inducta, atque firmata fuit; unde non ſolum poſt Imperatorum, & Principum conuerſionem, ſed prius etiam debita politia in chriſtiana religione obſeruata eſt. Quòd uerò non ſolum ex apoſtolica, ſed etiam ex diuina traditione poteſtas hæc ab ipſis Apoſtolis, & ſanctis primitiuæ

Clemens

Euariſtus.

Iere. 6.

mitiuæ eccleſiæ patribus in uſum deducta fuerit; tam ex ſignificatiuis, quàm ex manifeſtis, & expreſſis euangelij uerbis patet. Nam compertiſſimum apud omnes eſſe debet, utranque præmiſſam poteſtatem, imò omnem aliam poteſtatem, & omne iudiciũ in Chriſto fuiſſe; ſicut ipſe dicebat. [Matt. 28.] Data eſt mihi omnis poteſtas in cœlo, & in terra. Et alibi ait. [Ioan. 5.] Neque enim Pater iudicat quenquam, ſed omne iudicium dedit filio. Sed Papa Chriſti uicarius in terris conſtitutus eſt. Ergo omnis poteſtas, & omne iudicium, quod à Chriſto ſuo uicem gerenti ſuper homines delegari potuit, ipſi ſummo Pontifici conuenit. Item hæc eadem ueritas ex eo apparet, quòd cui committitur principale, & acceſſorium committi intelligitur. [De reg. iu. acceſſorium. De dona. inter ui. & uxo. c. de prudẽtia: ubi glo.] Sed ſpiritualis poteſtas eſt principalis, & temporalis eſt acceſſoria, cum ſub ea, & propter eam ſit. Ergo cui ſpiritualis poteſtas data eſt, & temporalem traditam eſſe ſequitur. Vnde, cum Petro in plenitudine, & aliis Apoſtolis in parte ſpiritualis ipſa poteſtas à Chriſto donata ſit: ergo & temporalem eodem ordine conceſſam eſſe liquet. [Diſt. 10. c. quoniam. De tranſla. c. quãto.] Deinde qui curam habet de fine, oportet ut de iis etiam, quæ ſunt ad finem, curam habeat. Sed ſpiritualis poteſtas curam habet de fine hominis. Ergo etiam de iis, quæ ad id conferre poſſunt, uel impedimento ſunt, curam habere eam congruit. Inter hæc autem ſunt temporalia, quorum bono uſu æternum præmium, & malo uſu æternã pœnam meremur. [11. q. 1. c. expedit.] Igitur & de iis (ut recto fine dirigantur) curam, & regimen eam tenere, condecens, atque neceſſarium eſt. Præterea ſicut Chriſtus eſt caput fidelium, quo ad animas, & quo ad corpora; [Ephe. 1. Coloſſ. 1.] ita eius uicarius, tam ſuper corpora, quàm ſuper ea, quæ corporali uitæ

uitæ deſeruiunt, poteſtatem habet. Vnde & ſpiritualis poteſtas, ratione delicti, temporalem iudicat; & eius miniſterio, pro defenſione, ſiue utilitate eccleſiæ, utitur. Vlterius duplicem hanc poteſtatem tam in foro, ſcilicet, conſcientiæ, quàm contentioſo; & tam coactiuam, quàm non coactiuam, duo illi gladii denotabãt, quos Petrus Chriſto, gladium ipſi Petro habere iubenti, ne dum permittenti, obtulit dicens, Ecce duo gladii hic; ut Hieronymus, & Auguſtinus exponunt. Atque quòd inde ipſi Petro ſeruum Pontificis percutienti Dominus dixit, Mitte gladium tuum in uaginam, ſiue, Cõuerte gladium tuum in locum ſuum; ad rem maximè facit. Vbi quamuis tandem, hoc eſt tempore illo uoluntariæ paſſionis Chriſti, ad ipſum tuendum temporali aliqua poteſtate Petro uti non liceret; & pro tali ſua defenſione regnum ſuum de hoc mundo non eſſe ipſe Chriſtus affirmaret: attentè tamen conſiderandum eſt, Dominum Petro non dixiſſe, proiice gladium; ſed ait, conuerte. Et dicit gladium tuum (hoc eſt, poteſtatem tuam temporalem) in uaginam, ſiue in locum ſuum recondc; ut, ſcilicet, loco, & tempore illum educere ualeas, & in terrorem, atque punitionem malorũ illo uti. Deinde idem expreſſit Dominus in iam præmiſſo Matthæi loco: ubi tum extraiudicialem, tum iudicialem actionem, qua in contentioſo foro, denuntiatione, uel accuſatione eccleſiæ authoritas, & iudicium imploratur, ſuis uerbis ſignificauit. At, præter hæc, legimus uniuerſalia concilia quàmplurimos iam iudicaſſe, depoſuiſſe, & condemnaſſe; ne dum excommunicaſſe: quod certè non feciſſent, niſi coactiuam iuriſdictionem habuiſſent. Itaque ex hac iudiciali poteſtate, ac iuriſdictione,

23.q.5.c. adminiſtratores. 32.q.5. præcepit. Diſt. 97. c. eccleſiæ. 23. q. 8.c. ut pridem.

Lu. 22. Ioan. 18.

Matt. 26.

Matt. 18.

ctione, non tantum interdicta, ſuſpenſiones, excommunicationes, & ſententiæ aliæ; ſed leges quoque, decreta, edicta, & ſimilia proueniunt: quoniam ex eo quòd Dominus, poſt præmiſſa Matthæi uerba, ligandi & ſoluendi poteſtatem ſuis Apoſtolis dedit, non ſolum iudicandi, & diffiniendi; ſed etiam leges, canones, ſtatuta, & edicta condendi authoritatem eis dediſſe manifeſtum eſt. Quibus quidem eccleſiaſticis legibus etiam ſubditorum conſcientiæ tenentur; & non tantummodo (ut contumaces hæretici dicunt) his, quæ diuini iuris ſunt, & in caſu ſcandali. Quod quàm uerum ſit, tam ratione, quàm ſcripturis, & totius eccleſiæ antiquo, & præſcripto uſu ſatis comprobatur. Nã patet in primis, quòd ſi Prælati eccleſiæ ſunt Paſtores, Præſidentes, Rectoresque eccleſiaſticæ politiæ, prout ſunt; ſequitur, eos, pro ordine ſuæ politiæ inſtituendo, & conſeruando, leges ſtatuere poſſe, quibus eccleſiaſticus ordo ſeruetur, & in diuino cultu commodius dirigatur. Quòd ſi illi leges & ſtatuta condere poſſunt, neceſſe ſubinde eſt, ut ſubditi legibus & ſtatutis illis obediant: & ſi neceſſe eſt ut obediant; obligantur ergo fideles in conſcientia (adhuc ſecluſo ſcandalo) non tantum ad Dei præceptis, ſed etiam ad maiorum iuſſionibus, & legibus obediendum, quæ ſcilicet (ut legis natura requirit) poſſibiles, honeſtæ, & ad bonum commune ordinatæ ſint. Aliter uerò uana hæc eſſet eccleſiæ poteſtas, inordinataque, & defectuoſa chriſtiana reſpublica foret, ſi eos præſidẽtes haberet, qui nihil ſtatuere poſſent; uel ſi ſtatuerent, ad traditas leges ſeruandas ſubditos cogere non ualerent. Quapropter ſi cogere poſſunt, cũ (ſecundum aduerſarios) alia coactio eccleſiæ non competat,

Ratio.

petat, quàm excluſio à communione, ſequitur quòd illos excommunicare poſſunt: cum autem excommunicatio pro contumaciæ, uel inobedientiæ peccato infligatur; & non quidem contra diuinam tantum legem commiſſo, ſed etiam contra iuſtum ſuperioris præceptum, uel prohibitionem (ut in præmiſſis patet) conſequens eſt, ut eccleſia ſuos ſubditos in conſcientia obligare poſſit. Et ſic aduerſariorum opinio, ut erronea, confutatur: & propoſitio noſtra firma remanet. Atque hoc idem ſancti Apoſtolorum canones multi affirmant, cũ ii ſubditis ſub anathemate cõmendati fuerint. Et Paulum Apoſtolum quoque inſtituta, præceptaque multa tradidiſſe legimus: uelut cum is mulierem in eccleſia docere non permittit: cum iubet chriſtianam uxorem à uiro infideli non diſcedere, ſi maritus ipſe cum ea habitare conſentit; & è conuerſo: cũ multa præterea circa ritum communionis ſacramenti euchariſtiæ ordinauit: atque cum Epiſcopum, præsbyterum, uel diaconum, antequàm ordinentur, probãdos eſſe determinat; & alia huiuſmodi præcipit; quæ quidem omnia nullo diuino iure conſtabant; imò ipſe Apoſtolus ait, cum de matrimonio diſparis cultus loqueretur, quòd non Dominus, ſed ipſemet præcepta illa inſtitueret. Et alibi dicit. Sicut tradidi uobis præcepta mea tenetis. Et ad Theſſalonicenſes ait. Scitis enim quæ præcepta dederim uobis. Et alibi ad eoſdem ait. Itaque fratres ſtate, & tenete traditiones, quas didiciſtis ſiue per ſermonem, ſiue per epiſtolam noſtram. Quæ quidem omnia Apoſtoli dicta authoritatem legislatoris præceptiuam, & obedientiæ neceſſitatem inducunt, & præ ſe ferunt, ad eorumque obſeruantiam ſubditos ligant. Atque inſuper

Vide Ray. & S. Tho. & Pet. de pal. in 4. di. 18. & 11. q. 3. nemo. & Gof. de ſen. exc. §. excommunicatio. in ſum. & Specu. de contum. glo. in cle. 1. de do. & con.

Autoritas.

Can. Apo.

1. Timo. 2.

1. Cor. 7.

1. Cor. 11.

1. Cor. 7.

ibi. c. 11.

1. Theſ. 4.

2. Theſ. 2.

Petrus. etiam Petrus in ordinatione Clementis ſui ſucceſſoris obedientiam Romanæ eccleſiæ commendans, inquit. Hi uero (ſcilicet ſubditi) cum tanta reuerentia tua uerba ſuſcipiant, tanquam qui ſciunt legatum te, & præconem eſſe ueritatis, & quodcunque ligaueris ſuper terram, eſſe ligatum & in cœlo, & quodcunque ſolueris eſſe ſoluendum. Vbi ſanè Petrus ad hanc intelligentiã uerba illa Saluatoris expoſuit; ut ipſi etiam Apoſtoli, & eorum ſucceſſores leges (quæ ligare dicuntur) condere poſſent; ſicque ſatis efficaciter ibi probat obedientiam prælatis debitam in omnibus, quæ contra Dei legem determinata nõ ſunt; quæque ab eis de nouo promulgata clauium poteſtate firmantur. Nam extra eorum ordinem, quæ ab ipſa diuina lege producta ſunt, alia præcepta, & ſtatuta eſſe debent, quæ prælati per ſuſceptam à Chriſto poteſtatem inſtituere poſſint, & quæ iam Dominus ipſe ſe firmaturum per præmiſſa uerba promiſit. Vnde (ut is etiam nobis promiſſionibus ſuis non deſit) quæcunque ſancta, quæcunque pudica, quæcunque ad Dei cultum, & animarum ſalutem ab eis in-

Act.16. ſtituta fuerint, tanquam oracula diuinitus confirmata, neceſſariò ab omnibus recipienda ſunt: nam diabolica ſuperbia eſt, ut quæ Deus benedictus confirmat, homuncio aliquis, aut ceruicoſus hæreticus temerariè atque contumaciter propulſare, aut conuellere uelit.

Ac præterea Petrus in præaſſerto loco hanc coactiuam prælatorum poteſtatem in ſequẽtibus uerbis declarat, ubi ad Clementem loquens inter alia dicit. Si te multi è fratribus propter rigorem iuſtitiæ odio habuerint, ex hoc quidem non læderis, ſed ex huiuſmodi odiis amor tibi conciliabitur Dei. Ideo ſatage magis, & refuge ne

lauderis

lauderis ab iniquis, & ne à peſſimè agentibus diligaris; ſed potius propter iuſtitiæ diſpenſationem, & æquiſſimam regulæ diſciplinam à Chriſto collaudari merearis. Vbi Petrus prælatis non ſolum uerbi Dei diſpenſationem (ut iſti ſeditioſi uolunt) ſed rigorem quoque iuſtitiæ,& æquiſſimam regulam diſciplinæ, propter quam recti iudices facinoroſis infenſi eſſe ſolent, iure tribuit. Et inde ad ſubditos ſe uertens dicit. Sed & uos chariſſimi fratres huic, qui præſidet uobis ad ueritatem docendam, in omnibus obedite, ſcientes, quòd ſi quis hunc contriſtauerit, Chriſtum, qui ei docendi cathedram credidit, non recipit; & ideo nec ipſe ſuſcipietur in regno cœlorum. Et ſimilia multa ibidem infert, per quæ Epiſcopis in omnibus obediendum eſſe, & pro illis ſentiendũ præcipit; aliter in regno cœlorũ quenquã recipi nõ poſſe concludit. Ac deinde, quòd præsbyteri etiam propriis Epiſcopis abſque mora obediant, non ſuum, ſed Dei inſtitutum eſſe affirmat. Et Clemens ipſe, poſt multa alia, quæ ibi de Petro refert, tandem ait, quòd omnes legum diuinarum uiolatores, & ſacratum inſtitutionum uoluntarios perturbatores eccleſiaſtica regula, atque ſancta communione indignos Petrus iudicabat. Ex quibus profectò quantum conſcientiam ligent Prælatorum mandata, ſatis conſtat. Sed Ignatius quoque in paruis ſuis epiſtolis ſatis ſuperque Epiſcoporũ obedientiam, non ſecus atque diuinam, inculcat. Vnde in epiſtola ad Trallianos ait. Epiſcopo ſubditi eſtote ſicut Domino: ipſe enim inuigilat pro animabus ueſtris, tanquàm rationem redditurus Deo. Et infra ſubdit. Neceſſarium uobis eſt, nihil præter Epiſcopum facere. Ecce obedientiæ neceſſitatem in ſubditis allegat, eorumque

Clemens.

Ignatius.

rumque conſcientias obligat. Atque in fine epiſtolæ dicit. Qui iſtis inobediens fuerit, hic ſine Deo omnino erit, impius, & contemnens Chriſti ordinationem. Quæ
1. Theſſ. 4. uerba iis cõformia ſunt, quæ Paulus Apoſtolus ad Theſſalonicenſes ſcribebat, dicens. Itaque qui hæc ſpernit (quæ ſcilicet uobis præcepi) non hominem ſpernit, ſed Deum, qui etiam dedit ſpiritum ſuum ſanctum in nobis. Cuius quidem uerbis Dominus in Euangelio
Matt. 10. conformiter dixerat de ſuis Apoſtolis. Qui uos audit
Heb. 13. me audit; & qui uos ſpernit me ſpernit. Atque idem Apoſtolus ad Hebræos dicebat. Obedite præpoſitis ueſtris, & ſubiacete eis: ipſi enim peruigilant, quaſi rationem pro animabus ueſtris reddituri. Et ad Romanos
Rom. 12. ait. Qui enim poteſtati reſiſtit, Dei ordinationi reſiſtit.
Tertul. Tertullianus quoque excommunicandi, atque præſcribendarum inſtitutionum poteſtatem Epiſcopis tribuit; ubi contra gentes, & contra Pſiichicos loquitur. Sic &
Cypria. diuus Cyprianus poteſtatem hanc ſepius recolit; quam
Athan. in epi. Pa. ad Heb. 13. diuinam uocat. Et magnus Athanaſius, in commentariis epiſtolæ Pauli ad Hebræos ſubditorum obedientiam maximè commendat; qui ex præmiſſis Apoſtoli uerbis, dicentibus, Obedite præpoſitis ueſtris, argumentum ſumens ait. Sicut enim oportet ſacerdotem aliorum animas curare, ita neceſſe eſt, ut populus ſacerdoti ſe obſequentem præbeat. Ergo tam neceſſaria erit ſubditis obedientia; quàm neceſſaria eſt cura, & uigilantia in Paſtore. Similiter etiam magnus Baſilius affir
Baſilius Ser. 3. Exercitamẽtorum. mat dicens, quòd uera, & perfecta ſubditorum obedientia in hoc conſiſtit, ut non ſolum ab abſurdis abſtineãt; ſed neque ea, quæ laudabilia ſunt, citra ſuperioris ſen-
Io. Chry. in Gene. Homil. 6. tentiam faciant. Vlterius Chryſoſtomus ſubditis ſuis excommu-

excommunicationem minatur, ne quadrageſimæ tempore ad ſpectacula ſe conferăt. Hieronymus quoque in octauo ſuæ regulæ capite religioſis fœminis loquens ait. Obeditis enim Chriſto firmiſſimè, cum præpoſitæ uobis parere ſtudetis. Et inde. Vicarii enim honor redundat in Deum. Et ſequitur. Deſtructioni eſt corpus expoſitum, cum membra diſcordant à capite. Et tandem Auguſtinus in epiſtola ad Caſſulanum conformiter loquitur; ubi ſubditum hortatur, ut quod ſuus iubet Epiſcopus, ſine ullo ſcrupulo, & diſceptatione exequatur. Sed & in ueteri inſtrumento hanc in ſuperiores prælatos obedientiam Dominus requiſiuit; quos, ut ſeipsũ, audire ſubditi deberent; cum in libro Regum per Samuelem prophetam Sauli Regi dicebat. Nunquid uult Dominus holocauſta, & uictimas, & non potius, ut obediatur uoci Domini? melior eſt enim obedientia, quã uictimæ; & auſcultare magis quam offerre adipem arietum. Quoniam quaſi peccatum ariolandi eſt, repugnare: & quaſi ſcelus idololatriæ, nolle acquieſcere. Et ad ipſum Samuelem ab Iſrael ſpretum dixit. Vade; non te abiecerunt; ſed me. Inde nota eſt etiam omnibus ſeueritas, quam in Dathan, Chore, & Abiron exercuit Dominus: non quia conſpirauerant in ipſum; nam illi Domino obedire parati erant: ſed quia rebellabant, & renitebantur miniſtris ipſius. Vnde à Moſe uocati reſponderunt. Non uenimus; nunquid parum eſt tibi, quòd eduxiſti nos, niſi & dominatus fueris noſtri? Propter quod ii uiuentes in infernum deſcenderunt. Et in Deuteronomio hoc idem liquidò patet, ubi dicitur. Qui autem ſuperbierit nollens obedire ſacerdotis imperio, qui eo tempore miniſtrat Domino Deo tuo, morte moriatur,

Hier. in regu. Sancti monialiũ. ad Euſto. & cæte. uirgi. cap. 8.

Augu. ad Caſſula. epiſtola 86.

Luc. 10.

1. Re. 15.

Num. 16.

Deut. 17.

riatur, & auferes malum de Iſrael; ut nullus deinceps intumeſcat ſuperbia. Peccatum ergo magnum, atque ſuperbiam reputat Deus, ſuis ſacerdotibus non obedire. Quæ inobedientia cum in omni lege ſit euitanda; ſequitur Prælatorum præcepta, quantum ad obſeruantiæ neceſſitatem, eò magis in nouo teſtamento habere uigorem; quò nunc maior perfectio in ipſa christiana ſiue euangelica lege requiritur. Qua de re hinc manifeſtiſſimè apparet, qua temeritate, quòue errore ueritatis aduerſarii ab apoſtaſiæ ſpiritu malè decepti contra ſcripturam; contra apoſtolicam traditionem; contra uniuerſalem patrum ſenſum, ſanamque, ac fæcundam ſpiritu ſancto intelligentiam; atque tandem contra ipſam rationem; & contra totius catholicæ eccleſiæ ſententiam, ſtultè, & ſeditioſè doceant, non reputantes, niſi in iis, quæ diuini iuris ſunt, Prælatis obediendum fore.

Prælatorum authoritatis ſũma.

Summa autem Prælatorum authoritatis, & totius latitudinis obedientiæ (iuxta ſcripturarum, & ſanctorum Patrum doctrinam) in his præcipuè conſiſtit. Primum, uidelicet, quòd hominem peccatorem Prælati coercere poſſunt, ut à peccato exeat, & ſi contumax fuerit, anathematis mucrone ipſum percellere. Atque hic gradus directè circa Dei præcepta, & peccata, quæ in ipſum fiunt, uerſatur. Deinde alius gradus eorum authoritatis eſt, quòd circa occaſiones peccatorum proximas, circa quas multa ſanctorum præcepta uidimus, Paſtoris officium magnopere uerſari debet. Præterea alius gradus eſt, ut Prælati erga Dei cultum, & eccleſiaſticæ politiæ ordinem, conſeruationem, & augmentum attendant. Debent inſuper, atque poſſunt circa ea, quæ iram Dei à populis ſibi ſubiectis tollere ualent, præcipere, &

inuigilare

inuigilare. Atque demum eorum authoritatis eſt, dubia, quæ lege Dei non conſtant, decidere; quibus quidem contradicere, aut mox repugnare non licet; nam (ut iam dictum eſt) ipſorum eſt, ſcripturas exponere, & docere. Hos igitur gradus Epiſcopalis ſiue eccleſiaſtica authoritas in ſe continet, & circa eos Epiſcopalis cura uerſatur. Sed quia iam ab initio duplicis iuriſdictionis poteſtatem à Chriſto ſuis Apoſtolis exhibitam poſuimus; hoc eſt, primæ iuriſdictionis in foro conſciētiæ (quæ etiam poteſtas ordinis appellatur; eo reſpectu, quo in ſacerdotii ordine eſſentialiter, & in primo actu continetur; licet non quoad uſum exhibeatur) ſecundæ uerò in foro contentioſo: propterea ſcire debemus, quòd primæ iurisdictionis poteſtas adminiſtrationis ſacramentorum, & præcipuè ſacramenti pœnitentiæ authoritas eſſe dicitur: quippe quæ ſpiritualis quædam poteſtas, & clauis eſt, qua à ſacerdotibus cœlum nobis aperitur, uel clauditur: nám indignis clauditur, qui mortali peccato ſibimet illud claudunt, obicem, & impedimenta diuinæ gratiæ & gloriæ conſequendæ opponendo; & è conuerſo dignis ſacerdotum miniſterio aperitur, quos quidem ſacerdotes ipſi à peccatis abſoluendo cœleſti conſortio dignos iudicant. Et poteſtas hæc ad regnum cœleſte introducendi, uel ab eo excludendi (quæ clauis uocatur) etiam ipſa duplex dicitur, ex eo quòd duplicem habet actum; hoc eſt, actum cognoſcendi in cauſa peccatoris confitentis; & actum ferendi ſententiam. Et prima clauis ſcientiæ ad cauſam cognoſcendam dicitur; quæ ſcientiam, & diſcretionem rectum illius uſum concomitantem prærequirit. Secunda uerò clauis poteſtatis ſententiæ feren-

Prima Iuriſdictionis poteſtas.

ferendæ appellatur; quæ iuſtitiam ad rectum ſui uſum prærequirit. Secundæ autem iuriſdictionis poteſtas magis propriè clauis iurisdictionis dicitur, quia ſolummodo in manifeſto, & contentioſo foro operatur, in quo ius publicè dicitur, & pronuntiatur. Quapropter ſicut Dominus in ſacerdotali poteſtare, quo ad actum ſanctificandi ſiue conſecrandi, Apoſtolis ſuis ueri ſui corporis conſecrationem in ſua ultima cæna commiſit: ita in regali ſiue iudiciali poteſtate ſui myſtici corporis, hoc eſt, fidelium curam eiſdem poſt ſuam reſurrectionem mandauit; atque inæquali diſtributione conceſſit; eam, ſcilicet, Petro principaliter, & uniuerſaliter, ut ſummo Pontifici tradens, dum illi dixit. Paſce oues meas &c. Apoſtolis autem in partem ſolicitudinis electis, ut Epiſcopis inferiori gradu communicans, quibus illud præcipuè congruit. Quæcunque alligaueritis ſuper terram, erunt ligata & in cœlo &c. Diſcipulis uerò cæteris in auxilium miniſterii Apoſtolorum uocatis, (ut curatis præsbyteris) etiam aliqualiter curam hanc exhibens, quibus etiam, ſuo modo, illud euangelii cōpetit. Accipite ſpiritum ſanctum: quorum remiſeritis peccata remittuntur eis, & quorum retinueritis retenta ſunt. Qua de re duæ præmiſſæ poteſtates, hoc eſt, ſacerdotalis, & iudicialis, quo ad utranque iurisdictionis clauem, ipſarumque clauium uſum, primo ad Ponti ficem, & ſecundariò etiam ad Epiſcopos pertinent. Sa cerdotalis uero, & iudicialis poteſtas, uſusque illius, quo ad primam tantum clauem iurisdictionis, quæ eſt in foro conſcientiæ, in omnibus curatis præsbyteris æquales ſunt: ſacerdotalis autem ſolummodo ad omnes præsbyteros, etiam non curatos, pertinet; cuius quidē uſus

Secunda Iurisdictionis poteſtas.

Ioan. 21.

Matt. 18.

Ioan. 20.

uſus ab eis ſemper exerceri poteſt. Nam cum in ſacerdotalis ordinis ſacramento indelebilis character imprimatur; ideo ſacerdotalis hæc poteſtas ab ordinatis auferri nunquàm poteſt: neque etiam ab eiuſdem executione quis unquam impeditur, quin de facto ſaltem operari ualeat; dummodo ſacerdos ipſe intentione, & uerbis utatur neceſſariis; & idonea, ſiue ſubiecta adſit materia, circa quam is agere poſſit, ſicut inferius dilucidabimus. Propter quod Auguſtinus, ad Parmenianũ ſcribens, donatiſtarum errorem reiicit, qui ſacerdotem hæreticum factum, non quidem baptiſmum, ſed ius dandi quod acceperat amittere, hoc eſt, quæ ad ſacerdotalem ordinem pertinent, perficere non poſſe, putabant. Vbi ait. Nulla oſtenditur cauſa, cur ille qui ipſum baptiſmum amittere non poteſt, ius dãdi amittere poſſit: utrunque enim ſacramentum eſt, & quadam conſecratione utrunque homini datur, illud cũ baptizatur, iſtud cum ordinatur; ideoque in catholico utrunque iterari non licet. Quod etiam de Epiſcopo, quo ad epiſcopalem poteſtatem ſibi indelebili ſacramento conſecrationis impreſſam, dici poteſt, iuxta ea quæ iam præmiſimus. Et propterea ex his omnibus docemur, quòd non ab Imperatore, uel à mundi Principibus, ſed ab ipſo Chriſto rege regum, & domino dominantium, non ſolum ſacerdotalis, ſed etiam regalis, ſiue iudicialis, coactiuaque poteſtas, tam Petro, quàm cæteris Apoſtolis tradita fuerit, licet uario ordine diſtributa: quos quidem non ſolum Epiſcopos, ſed & iudices, & Principes tam in cœlo, quàm in terra ipſe Dominus conſtituit, cum illis dixit. Vos qui ſecuti eſtis me, in regeneratione cum ſederit filius hominis in ſede maieſtatis ſuæ, ſe-

Augu. ad Par. lib. 2. c. 13.

Concluſio.

Matt. 19. Lu. 22.

debitis & uos ſuper ſedes duodecim iudicantes duodecim tribus Iſrael. Et non Apoſtoli tantum, uerum etiã ſucceſſores ſui, ſimili modo, tum Epiſcopi, tum uero iudices, ſiue Principes in terra effecti intelliguntur: nam quòd tam Apoſtoli, quàm etiam illorum ſucceſſores, Epiſcopi appellati, & à Deo inſtituti fuerint, iam olim

Pſal. 108. propheta expreſſit, cum de Iuda Apoſtolo, ſuique Do-

Act. 1. mini proditore dixit. Et Epiſcopatum eius accipiat alter. Quæ quidem uerba Petrus in noua apoſtolatus electione allegauit. Atque in huius rei figura in Exodo

Exo. c. 27. & 28. ſcriptum eſt, quòd poſtquàm Deus ſacerdotiũ Aaron, & filiorũ eius ordinaſſet, & tabernaculi ſimilitudinem oſtendiſſet, dixit. Perpetuus erit cultus per ſucceſſiones eorum coram filiis Iſrael. Et inde ſequitur. Erũtque ſacerdotes mihi religione perpetua. Quòd præterea tã Apoſtoli, quàm eorum ſucceſſores in ſcripturis ſacris iudices dicãtur, ſupra plenè oſtendimus. Quòd autem Principes appellentur, in pſalmis patet, dum propheta

Pſal. 44. inquit. Pro patribus tuis nati ſunt tibi filii, conſtitues

Pſal. 138. eos Principes ſuper omnem terram. Et alibi ait. Nimis honorificati ſunt amici tui Deus; nimis confortatus eſt

Diſt. 35. c. eccleſiæ Principes. Principatus eorum. Vbi gloſſa ſubiungit, dicens. Quia facti ſunt præduces, & paſtores eccleſiæ. Imò etiam reges ab eodem propheta nominantur, ubi ait. Dum di-

Pſal. 67. ſcernit cœleſtis reges ſuper eam: hoc eſt, dum Chriſtus, qui ſuper omnes cœlos aſcendit, Paſtores, & Rectores ſuper eccleſiam diſtribuit. Et alibi idem propheta di-

Pſal. 44. cit. Delectauerunt te filiæ regum in honore tuo: hoc eſt,

1. Pet. 1. 1. Theſſ. 2. Gal. 4. 1. Ioan. 2. 3. 4. 5. animæ Apoſtolorum filiæ in fide generatæ te delectauerunt per bona opera ſua; nam Petrus, Paulus, atque Ioannes Apoſtoli filios, & filiolos ſæpe uocabant quos

in

in fide Chriſti genuerant. Præterea beatus Dionyſius in libro de diuinis nominibus dicit, quòd ſacra eloquia principaliores ornatus, hoc eſt illos, qui primos gradus ſortiuntur, & qui ſupremi ſunt, ſanctos, & reges, & dominos, & Deos uocant. Et in Apocalypſi quoque ſcriptum eſt. Primogenitus mortuorum, & Princeps regũ terræ. Quod quidem de Chriſto dicitur; & reges illi ſecundum doctores uariè intelliguntur: nam alii (dicunt) ſunt reges per diuinam diſpoſitionem ſibi ſubiectos regendo; alii ſunt reges à Deo ſibi commiſſos fideles gubernando; alii uero reges ſunt, qui auxiliante Deo ſeipſos tantummodo regunt. Quorum primi ſæculares Principes ſunt; ſecundi eccleſiarum Paſtores; tertii autem ſinguli quique fideles. Sed Chriſtus omnium Princeps eſt; quia ab ipſo tum poteſtas ſæcularis; tum paſtoralis cura; & tum ſingularis cuiuslibet fidelis ſolertia dependent: quæ certè omnia, ſicut ab eo habent originem, ita ſecundum illum habere debent actionem; ut ſcilicet Principes ſæcularem poteſtatem habentes inter ſubiectos ſibi homines iuſtitiam teneant; Paſtores per curam paſtoralem commiſſis ſibi fidelibus præbeant doctrinam; & ſinguli fideles per ſingularem ſolertiam in ſemetipſis ſanctimoniam ſeruent. Ecce igitur quomodo eccleſiæ paſtores & rectores, tum Epiſcopi, tum iudices, tum uero Principes, atque Reges dicti ſunt: inter quos is, qui ſummus eſt, hoc eſt Petri ſucceſſor, & locumtenens Chriſti, tam ſæcularium, quàm ſpiritualium, & quorumcunque fidelium Rex regum, Dominus omnium, atque Princeps regum terræ dici poteſt; ſicut ipſe Chriſtus, cuius uicarius eſt in terris, talis appellatur. Et propterea Prælatis eccleſiæ uerè tum

Diony. de diui. nomi. c. 12.

Apoc. 1.

Col. 1.

Apoc. 1.

ſacerdotalis, tum regalis poteſtas diuino iure conuenit: nam ipſi ſacerdotes ſunt, qui ſacrificia offerunt, pro populo intercedunt, populum erudiunt, ſacramenta diſpenſant, in diuino cultu miniſtrant, & quæ ad ipſum Dei cultum applicantur, benedicunt, & conſecrãt: ipſi præterea uerè ſunt reges, quia chriſti Domini ſunt tam regali, quàm ſacerdotali unctione præ aliis uncti; quo reſpectu Dauid Saulem maximè reuerebatur di-
1. Re.24. cens, quia chriſtus Domini eſt: unde & in pſalmis ui-
& 26. ce Dei dicebat. Nolite tangere chriſtos meos, & in pro-
Pſal. 104. phetis meis nolite malignari. Ipſi etiam ſpirituales iudices ſunt, qui in criminibus, atque in ſpiritualibus rebus cauſas determinant, & ſententiant; corrigunt, & puniunt; ligant, & ſoluunt; cœlumque claudunt & aperiunt: ipſi (inquam) peccata dimittunt; pœnam relaxant, & taxant; excommunicant & abſoluunt: ipſi le-
1. Cor. 4. gum conditores, ipſi doctores, ipſi miniſteriorum Dei diſpenſatores ſunt, ipſique diuini cultus miniſtros di-
Prælatorum actus uarij. Sacerdotales. ſponunt, & ordinant. Quapropter hinc quædam actuũ utriuſque poteſtatis diſtinctio ſumitur. Nam quidam in eccleſia actus purè ſacerdotales ſunt; ut tam pro ſe, quàm pro populo ſacrificium offerre, & orare; & hos
16. q. 1. §. ecce. exercere poſſunt etiam qui nullam habent à Prælatis iuriſdictionem, dũmodo ſacerdotalem ordinem teneant,
Iudiciales. ut ſunt ſacerdotes non curati. Quidam uerò ſunt actus purè regales ſiue iudiciales; quos quidem ſpiritualem iuriſdictionem etiam abſque ſacerdotali ordine haben-
De offi. archidia. c. ad hæc. Diſt. 25. c. perlectis. tes exercere poſſunt; ut in ſpiritualibus cauſis extrinſecis iudicare, & ſpiritualem pœnam, hoc eſt excommunicationem inferre; uel aliter corrigere, & punire. Quidam etiam actus ſupra ſacerdotales ſunt, hoc eſt, epiſco-

palis

palis perfectionis ordini congruentes; uelut conferre ordines, conſecrare, confirmare, chriſma conficere, & ſimilia facere; quos porrò actus ideo ſupraſacerdotales appello, non quia reſpectum habeant ad dignius miniſterium, quàm corporis Chriſti ueri; ſed reſpectu perfectionis epiſcopatus, in quo ſacerdotalis ordo perficitur: quia Epiſcopus præsbytero ſuperior eſt, non ſolum propter iuriſdictionem, ſed etiam propter ordinem ſacerdotalem, quem ipſe eminentiori, & perfectiori modo tenet. Perfectum enim aliquid dicitur, cum quid producere, & bonitatem ſuam aliis communicare poteſt. Vnde Epiſcopi non ſolum ſacerdotalem ordinem in ſeipſis habent, ſed etiam cæteris ipſius ordinis poteſtatem tradunt, & ſacramentum tale diſpenſant. Ita quòd ſi ad ſimplices præsbyteros curatos pertinet catechizare, baptizare, prædicare, ſacramentum conficere, & peccata in conſcientiæ foro remittere, uel retinere: ad Epiſcopos tamen ſpectat etiam clericos ordinare, chriſma conficere, manus imponere ſiue confirmare, alios Epiſcopos conſecrare, clericos degradare, uirgines benedicere, baſilicas dedicare, ueſtes & uaſa eccleſiæ diuino cultui ſacrare, iudicare, & docere, atque ſynodos celebrare. Vnde in Epiſcopi conſecratione dicitur. Epiſcopum oportet iudicare, & interpretari, conſecrare, confirmare, ordinare, offerre, & baptizare, &c. Ac præterea actus illos Epiſcopatus ſupraſacerdotales dixi reſpectu iudicialis, & regiæ ſuæ dignitatis; nam regia ſpiritualis poteſtas ſuperior, & dignior eſt, quàm ſacerdotalis: quoniam in ſacerdotio non, ſicut in nomine regio, præſidentia, & prælatio continetur; ſed mediatio, & miniſterium denotatur: nam ſacerdos habet

Supra ſacerdotales.

ratio-

rationem medii; rex autem principii,& mouentis,& finis rationem habet. Vnde etiam Chriſtus, inquantum rex,dignior,& ſuperior eſt,quàm inquantum ſacerdos: quia ſacerdos eſt inquantum homo; rex autem inquantum Deus, & homo: ſacerdos eſt ſe offerendo,& nos reconciliando; & rex eſt iudicando, & ad ſuum regnum nos introducendo; quippe qui ſicut in ſacerdotali munere immolatus fuit ut agnus, ita in regali dignitate uictor ut Leo ſurrexit: & qui iam ſacerdotalia ueſtimenta in ſacrario Mariæ uirginis induens, formam ſerui ſuſcepit; inde immortalitatis ſuæ ſtola indutus in throno maieſtatis ſuæ Rex glorioſus apparuit. Vnde in ſancto Matthæi euangelio ſcriptum eſt, ubi de uniuerſali iudicio agitur. Tunc dicet Rex iis qui à dextris ſunt; Venite benedicti Patris mei, &c. Propter quod, cum maior dignitas denotetur ex eo, quòd Chriſtus Rex dicitur; quàm ex eo quòd ſacerdos nominetur; ideo in eccleſiæ Prælatis ſimpliciter ſuperior eſt poteſtas regalis ſpiritualis, quæ iuriſdictionis dicitur; quàm ſacerdotalis, quæ ordinis poteſtas appellatur. Ac denique alii ſunt actus utrique poteſtati, uidelicet tam regali, quàm ſacerdotali communes, quia ad utranque diuerſimodè pertinent: unde nec ordinem habens ſine iuriſdictione, nec iuriſdictionem ſine ordine retinens,tales actus exercere poteſt. Qui quidem actus ſunt in primis, publicè docere,quod (ſecundum aliquos)ad utranque poteſtatem attinet, & ad ſacerdotes, ſiue ad diaconos ſaltem, quibus iuriſdictio data ſit, ſpectare debet: quia tam ad iuſtificationis diſpoſitionem, quæ per ignorantiæ purgationem fit; quàm ad exteriorum actuū directionem, & regimen, docendi actus pertinet. Quo fit ut tam ſacerdota-

Chriſtus quomodo Rex, & Sacerdos ſit.

Matt. 25.

Actus cōmunes.

cerdotali, quàm regali ſiue iudiciali miniſterio doctor utatur. Deinde actus huiuſmodi ſunt, abſoluere, & ligare in foro pœnitentiali: nam actus iſte primo ad ſacerdotalis ordinis poteſtatem hac ratione pertinet (ut doctores aiunt) quòd ad eandem potentiam ſpectat aliquam perfectionem tribuere, & ad illius perfectionis ſuſceptionem materiam parare. Poteſtas autem ſacerdotalis ordinis ad hoc ſe extendit, ut ſacramentum corporis Chriſti conficiat, & fidelibus ad eorũ ſpiritualem uitam, & perfectionem tradat. Idcirco oportet, ut eadem potentia ad hoc ſe extẽdat, ut fideles aptos, & idoneos ad huius ſacramenti ſuſceptionem reddat: quod per purgationem à peccatis fit, quæ à Deo ſeparare ſolent: nam huius ſacramenti effectus eſt Chriſto unire. Huiuſcemodi autem purgatio primum per baptiſmũ, deinde per pœnitentiam fit. Oportet ergo quòd ſacerdotalis poteſtas ad talem peccatorũ remiſſionem, & ad illorum ſacramentorum diſpenſationem, quæ ad peccatorum remiſſionem ordinantur, ſe extendat. Sed inſuper actus iſte abſoluendi, & ligandi in foro pœnitentiali etiã ad iuriſdictionis poteſtatem pertinet ratione materiæ, circa quam exercetur: quæ materia ſunt ſubditi fideles; quos quidem ſubditos eſſe oportet, ad hoc ut idonea ſit: nam actus hic circa aliquos exerceri non ualet, niſi prius ipſi ſubditi illius efficiantur, qui talem actum exercet. Hoc autem non fit, niſi per clauis uſum à legitimo ſuperiore conceſſum; propter quod dici ſolet, quòd clauis cum ordine datur, ſed executio debita materia indiget, quæ eſt plebs per iuriſdictionem ſubiecta. Vnde aliquis habens ordinem, antequam iuriſdictionem habeat, hoc eſt, eſſentialem tantum compe- De paro. nullus. De pœni. c. omnis. 6. q. 3. Scitote.

tentis

tentis ſibi iuris poteſtatem habens cum ordine collatã in primo actu; quæ poteſtas quoque ordinis appellatur; non autem eam ut uſualem, ſiue accidentalem, in ſecundo actu poſſidens: ſicque huiuſmodi ſui iuris ditionem, ſiue dominium, non etiam uſum retinens, clauem quidem habet, ſed uſum ſiue actum ipſius clauis non habet: non quia eſſentialem poteſtatem clauem utendi in ſe non habeat, ſed quia materia deeſt, circa quam habita poteſtate utatur: quippe qui uſus, ſeu quæ materiæ applicatio iurisdictio appellatur: ita quòd nullus ſacerdos claue ſua in pœnitentiali foro uti poteſt, niſi circa eos, qui ad illius iurisdictionem pertinent, uel ordinarie, uel ex commiſſione, uel ex neceſſitatis lege in quibuſdam caſibus à iure præſcriptis: ſed tantummodo ſummus Pontifex claue ſua in quemlibet uti poteſt, quia plenariam poteſtatem, & iuriſdictionem habet, ad quam fideles omnes, imò etiam infideles in iis, quæ uel naturale, ſiue morale, uel diuinum ius referunt, reſpectu delicti, ſiue etiam rei, contractus, uel domicilii, ipſo iure pertinent. Et propterea quoruncunque ſacramẽtorum diſpenſatio, reſpectu fidelium, quibus diſpenſantur, iurisdictionis conceſſionem requirit. Sed & alia demum ratione abſolutionem in foro pœnitentiali ad utranque poteſtatem pertinere dicimus. Nã, prout huiuſmodi abſolutio ad hominis ſanctificationem, & ad reconciliationem cum Deo ordinatur, ſic ad ſacerdotalem poteſtatem pertinet; ſanctificare enim, & Deo reconciliare, ſacerdotis eſt: ſed inquantum in huiuſmodi abſolutione habet eſſe iudicium quoddam, ſic ad iuriſdictionis poteſtatem ſpectat; nam ſacerdos confeſſionem audiens, & à peccatis abſoluens, atque pro culpa pœnam

c. poſtulaſti, de Iudæis, & Sarra. & c. poſt miſerabilẽ, de uſu. ubi Panor. Et Innoc. in c. ſuper his, de uoto. Pet. de Ancha. Conſi. 14. Et Oldra. Conſilio ultimo. 9. q. 3. cũcta. cum ſeq. 1. q. 1. quòd quidam. §. ex his. 16. q. 1. ecce.

pœnam imponens, iudiciariam poteſtatem uice Chriſti exercet, qui uiuorum, & mortuorum iudex eſſe dicitur.

De ſummi Pontificis primatu; deq; tam ipſius, quàm Epiſcoporum iuriſdictione.

SECTIO SEPTIMA.

HVCVSQVE probauimus, quomodo tum ſacerdotalis, tum uerò regalis ſiue iudicialis poteſtas à Chriſto tã Petro, quàm cæteris Apoſtolis, atque eorum ſucceſſoribus tradita fuerit, ea tamẽ lege, ut cephas, hoc eſt, caput eſſet Petrus; cuius uniuerſali iuriſdictioni Apoſtoli alii ſubordinati & ſubiecti, atque in partem ſolicitudinis illius cum eo ab ipſo Domino uocati forent. Quod ut plenius, & profundius diſſeramus, modo conſiderandum nobis eſt, quòd præcipua ſanè ratione Seruator ipſe eccleſiæ ſuæ miniſterium diuerſis uario modo diſtribuit, idque ſumma ſua prouidentia ordinauit; ut ſcilicet ex immediata illius authoritate, & mandato omnis illis data poteſtas penderet, agnoſcereturque: quippe qui, cum tale negotium non uni ſoli, ſed aliis etiam coadiutoribus iniungendum eſſe præuideret; ideo gradum, & ordinem illorum poſuit; qui ab ipſo Chriſto inſtituti, non ut mercenarii, & ab humana induſtria ſuffecti; ſed ut ueri paſtores, & epiſcopi ſub uno principali Paſtore, & Epiſcopo Chriſti uicario conſtituti eſſent; & eadem cura, & dilectione, qua Petro Dominus munus hoc commendauit, miniſterium ſuum gererent: atque ſicut Petrus à Chri- Ioan. 10.

ſto audiuit, Petre amas me plus his? paſce oues meas; ita ipſi ab ipſo Chriſto eadem uerba cordis aure perciperent; & à Paulo Apoſtolo quoque audirent. Attendite uobis, & uniuerſo gregi, in quo uos ſpiritus ſanctus poſuit Epiſcopos regere eccleſiam Dei, quam acquiſiuit ſanguine ſuo. Quare hinc liquidò percipi poteſt, quòd ſicut Papa Petro ſuccedens in poteſtatis plenitudine, à Chriſto immediatè acceptæ, uniuerſalem eccleſiam gubernat; ita Epiſcopi omnes Apoſtolorum ſucceſſores, in partem ſolicitudinis ab eodem Chriſto immediatè uocati, & poſiti, eodem diuino iure ſibi ſubditos regunt. In hac autem regia ſpirituali poteſtate, ſicut & in tẽporali, uarios & inæquales gradus eſſe oportet. Et ratio eſt, quia eccleſiæ neceſſitas Rectorum pluralitatem requirit, dum ad totius eccleſiaſticæ multitudinis regimen unus per ſeipſum non ſufficiat; meſſis etenim multa multos operarios exigit; unde poteſtatem regiminis pluribus neceſſe fuit communicari. Sed quoniam quæ à Deo ſunt ordinata ſunt; & ſicut eſt ordo in rebus, ita & in poteſtatibus eſſe debet; ordo autem inæqualitatem, & gradus requirit: idcirco ſpiritualis regiminis poteſtas non in omnibus æqualiter ineſt, ſed ſecundum quoſdam gradus; nam ſuper ſubdiaconos & inferiores gradus ſunt diaconi; ſuper diaconos præsbyteri; ſuper præsbyteros archipræsbyteri; ſuper archipræsbyteros Epiſcopi; ſuper Epiſcopos Archiepiſcopi; ſuper Archiepiſcopos Primates, & Patriarchæ; ſuper Patriarchas Cardinales; & ſuper Cardinales, & alios omnes ſummus Pontifex militantis eccleſiæ monarchiam tenet: atque ſicut una communitas excedit & includit aliam; ut communitas prouinciæ communitatem ciuitatis;

Act. 20. — *Gradus uarij.* — *Ratio.* — Lu. 10. — Ro. 13. — Diſt. 89. c. ad hoc. — 9. q. 3. per omnia cap. — Diſt. 11. cleros. — De appella. c. Romana. li. 6. — 6. q. 3. Scitote.

tatis; & communitas regni communitatem prouinciæ; & communitas totius orbis terrarum communitatem regni: ſic una poteſtas aliam excedit, & includit. Sed quia ubi eſt gradus ſecundum magis & minus, & ſuperius & inferius, unum eſſe ſummum oportet; nam magis & minus per comparationem ad maximum dicuntur; & quod per excellentiam dicitur, uni ſoli conuenit: propter hoc omnis gradus ad unum primum & ſummum reſpicit. Igitur unum ſummum eſſe oportet, cui ſpiritualis regiminis poteſtas in ſummo principaliter, & ſecundum plenitudinem congruat; in cuius rei figuram Dauid uigintiquatuor ſummos ſacerdotes inſtituit, quibus tamen unum præfecit. Et Moſes ex Dei præcepto filios Aaron ſacerdotes inſtituit, ipſum uerò ſummum ſacerdotem ordinauit. Et quia quod eſt principaliter & maximè tale, aliis cauſa eſt, ut talia ſint; ſicut maximè calidum cauſa eſt aliis, ut calida ſint (ut eſt ignis) propterea euenit, ut ab illo uno, cui ſpiritualis regiminis poteſtas primum, & maximè competit, eadem poteſtas ad alios, ſecundum gradus quoſdam, quos eccleſiæ uarietas & decor requirit, deriuetur, atque illis impartiatur: unde à tali uno & primo omnes illi dependent, qui ſpiritualis regiminis quocunque modo participes ſunt, ſicut ab eo, qui ſuper omnes eccleſias, eccleſiarúmque rectores præexiſtit. Hic autem unus, & maximè principalis, à quo omnis gradus, & omnis poteſtas in cœlo & in terra procedit, tam in triumphanti, quàm in militanti eccleſia Chriſtus eſt; qui tam Epiſcopatus ordinem in Apoſtolis, quàm ordinem præsbyteratus in diſcipulis ſuis, deinceps in eorum ſucceſſoribus perpetuò in hac militanti eccleſia permanſurum inſtituit;

1. Parali. c. 23. 24.

De cõſe. diſt. 1. c. 1.

Exo. 28.

ſtituit; ſub quibus cæteri gradus ſpiritus ſancti inſtructione, atque apoſtolica traditione ordinati continentur. At uerò quia Chriſtus eccleſiæ ſuæ corporalem ſuã præſentiam ſubtracturus erat; ideò poſtquam poteſtatem, gradus, & regimen ipſius eccleſiæ in inferioribus prælatis, ut primus, & maximus Pontifex, ordinando, fidelibus amicis ſuis diſtribuerat, & conſtitutionibus, & regulis ſuis roborauerat; opus erat, ut iam ab eis diſceſſurus alicui uni uniuerſalis regiminis iuriſdictionem committeret, qui uice ſui toti eccleſiæ præeſſet, earũque dignitatum, & poteſtatum ſuo diuino iure inſtitutarum applicationem & diſtributionem, ſecundum rationabilem exigentiam, idoneis fidelibus diſpenſaret. Et hic unus (cui Dominus uices ſuas commiſit) fuit Petrus
Ioan. ult. Apoſtolus, cui ſingulariter dixit. Paſce oues meas; & claues eccleſiæ tam iudicialis, quàm ſacerdotalis regiminis principaliter commendauit: & cui etiam decedenti alios deinceps in eadem dignitate & iuriſdictione uniuerſali ſuccedere uoluit; atque uſque ad conſummationem ſæculi hanc unam ſedem apud unum ſummum Pontificem pro tempore exiſtentem, pro utilitate, & unitate ipſius eccleſiæ, perſeuerare decreuit. Vnde
Matt. 28. dixit. Ecce ego uobiſcum ſum omnibus diebus uſque ad conſummationem ſeculi. Sed & altera adhuc iſtius unitatis, & ordinis ratio ſuccurrit; nam cum Dionyſius affirmet, quòd lex diuinitatis ſit, media per prima, & ultima per media ad purgationem, illuminationem, & perfectionem perducere; propterea ſicut in omnibus ſiue rationalibus, ſiue naturalibus, ſiue cœleſtibus uidemus, quòd ad hoc ut concordia & decor ſit, ordinem eſſe oportet; ſic etiam in ſpiritualibus poteſtatibus in

Alia ratio.

eccleſia

eccleſia intelligendum eſt; de qua quidem eccleſia in Canticis ſcriptum eſt, quòd terribilis eſt, ut caſtrorum acies ordinata. Sed quoniam ordo attenditur ſecundũ prælationem, & ſubiectionem; & prælatio ipſa ſecundum aſcenſum, & deſcenſum, non ſecundum æqualitatem conſideratur; & in aſcendendo ad ſuperius ſtatus eſt & reductio ad unum; & è contrà in deſcendendo ad inferius multiplicatio eſt: idcirco, ſecundum rectum eccleſiæ ordinem, unum primum, & ſupremum Prælatum eſſe oportuit, in quo omnis eccleſiaſticæ prælationis ſtatus eſſet. Qui ſanè ſummus Pontifex eſt; in quo, quia ſummus & firmus ſtatus, tanquam in primo & ſimpliciſſimo in ſuo genere exiſtit; ideo uirtus in eo unita eſt, & ſolus eſt inter Prælatos qui poteſtatis plenitudinem habeat. Ac præterea quia per receſſum ab uno multiplicatio fit, & per hoc uirtutis diminutio; inde eſt, quòd quanto Prælati alii inferiores ſunt, tantò plures ſunt, & tantò minorem habent poteſtatem; ita quòd in parochialibus ſacerdotibus, qui immediatè populi curam gerunt ultimus ſtatus eſt; quia eorum iuriſdictio ad determinatam portiunculam arctata eſt, & cuilibet ſua portio ſecundum rectam ordinationem commiſſa; quæ quidem portio meſſis ſua eſſe iudicatur. Et quoniam alii ſacerdoti in alienam meſſem manum ſiue falcem mittere non licet; ideo quis poteſtatem non habet alterius ſubditum abſoluere, niſi ſuperior ſit, uel uicem ſuperioris habeat, ut pœnitentiarii & priuilegiati aliqui ſunt. Et hæc planè ſecundum legem communem intelligenda ſunt; quia in neceſſitatis articulo naturalis ſiue diuini iuris rectitudo cuilibet ſacerdoti ex clauium uirtute, ſiue ex eſſentiali ligandi, & ſoluendi poteſtate

Can. 6.

Tho. in 4. diſtin. 18. & 20. Et de pœni. diſtin. 1. quem pœnitet.

ſtate

Deſen.ex com.non dubium. De ſepul. parochia no. Inno. in c. nuper de ſen.exc.

ſtate ſibi in ordinis collatione tradita, quemuis abſoluere poſſe indulget, ſi in eccleſiæ unitate ſit. Nam lex & ſabbatum propter hominem, & non homo propter legem, uel propter ſabbatum factus eſt; atque, ut alter alteri in neceſſitate, quantum poſſumus, inuicem auxiliemur, lex charitatis docet. Quapropter id regulare eſſe dicemus, quòd ſolus proprius ſacerdos ſiue Prælatus poteſtatis ſuæ executionem in ſuos ſubditos habeat, exceptis certis caſibus ex iuris rectitudine conceſſis. Et hinc eſt quòd Vrbanus Papa parochias diſtinxit: & hinc etiam promanauit, quòd ſuperior prælatus ex ſua Epiſcopali, ſiue Pontificali iuriſdictione quorundam peccatorum caſus, à quibus ſui ſubditi inferioreſque curati ſiue prælati abſoluere nequeant, ſibi reſeruare poteſt:

Matt. 17.

in cuius rei figuram, quidam dicunt, quòd Apoſtoli ex lunatico dæmonium eiicere non poterant, qui tamen reliqua dæmonia eiiciebant; ſed Chriſtus ſolus illum curauit, quaſi per hoc nobis denotaret, quòd ſoli ſibi, ut ſummo Pontifici caſum illum tam arduum reſeruaſſet. Et propterea hæc iuriſdictio in eccleſia ſecundum magis & minus diſtributa, & ab uno ſummo capite dependens, à quo diuerſimodè diſpenſatur; nil aliud eſt niſi quidam poteſtatis & miniſterii uſus & executio circa eos, qui ſubditi dati ſunt, & particulariter aſſignati.

Iuriſdictio quid ſit.

Nam ſecundum iura dicitur iuriſdictio à iure dicendo; quaſi dictio iuris, ſiue prolatio & actio quædam iuris ſit; quæ & facultas quædam iuris dicendi ei qui præeſt conceſſa dicitur. Vel (ſecundum alios) iuriſdictio eſt, qua præſidens alicui reipublicæ, ſiue prouinciæ, ius dicere poteſt ſtatuendo, ſententiando, uel cum ſubditorum obligatione ad habendum id, quod dicitur, pro iuſto

ff. de iuriſdi. om. iu. l. 2. et ibi Doct.

Secundũ Herueum ſic deſcribitur.

ſto; quæ quidem iuriſdictio uel ordinaria, uel delegata eſſe reperitur. Et hæc porrò à Papa in Epiſcopos, (qui tamen à Chriſti inſtitutione prælati ſunt,& ſuperintendentes ordinati) ſecundum rationem applicationis uel ſubtractionis ſubiectæ materiæ, non ſecundum epiſcopalis poteſtatis exhibitionem uel ſubtractionem deriuatur: ut infra plenè tractabimus. Ita quòd huiuſmodi iuriſdictio eſt, qua Prælatus in particulares ſibi aſſignatos ſubditos ſuæ poteſtatis uſum habet, tanquã ſuperior in inferiores; ſicut parochus in eos,qui ſub ſua continentur parochia; Epiſcopus in ſuos diœceſanos; & Papa ſuper uniuerſum chriſtianiſmum;quam ſibi Dominus in plenitudine conceſſit, cum Petro gregem ſuũ paſcendum, regendumque ter commendauit. Hæcque ſicut à capite Chriſto in uicarium ſuum Papam, tanquam caput adminiſtratorium prouenit;ita uiciſſim ab illo in Archiepiſcopos, Epiſcopos, & inde in parochos effunditur; quæ planè ad confuſionem,atque diſſenſionis materiam in eccleſia, tam in populo, quàm in miniſtris ipſis euitandam, neceſſaria admodum fuit; quippe quæ confuſio, & diſſenſio maxima inter eos eſſet, ſi dominium in eccleſia quibuslibet permitteretur, ut, ſcilicet, unuſquiſque æqualiter & indiſtinctè de omni populo curam haberet; atque in hoc ſumma filii Dei prouidentia, & ſapientia ualde defectibilis apparuiſſet (quod tamen nequaquam eſſe poteſt) ſi is,quemadmodum in cæteris, ita & in hac maximi momenti re non prouidiſſet, & gradus, & gubernationes in populo ſuo hierarchicè diſtributas non inſtituiſſet; atque ipſe, qui non diſſenſionis,ſed pacis Deus eſt,tam magni ſchiſmatis,& cõtrouerſiæ occaſionem in eccleſia ſua, quam ſanguine

guine ſuo acquiſiuerat, reliquiſſet. Qua de re etſi ſacerdotes omnes in ſacerdotio; & omnes Epiſcopi in Epiſcopatu, quo ad epiſcopalem ordinem & poteſtatem, qua prælati eccleſiæ, & ſuperintendentes facti ſunt, pares eſſe dicantur; attamen omnium ſummus eſt Romanus Epiſcopus, non quòd ſacerdotii, uel Epiſcopatus ordine cæteros antecedat, ſed magis, quòd adminiſtrationis, regiminis, & poteſtatis plenitudine, cunctis dignior, atque excelſior ſit. Quoniam hanc in eccleſia apud unum eſſe conuenit, ut (ſicut diximus) eccleſiæ unitas monſtretur & conſeruetur. Vnde Anacletus affirmat cæteros Apoſtolos cum Petro pari conſortio honorem & poteſtatem accepiſſe; ſed nihilominus ſacerdotii (hoc eſt, pontificatus) principatum Petro (cuius ſucceſſorem uetuſtiſſimi quique ſcriptores Pontificem Romanum eſſe conſtantiſſimè perhibent) tributum eſſe, ut ab uno poſt Chriſtum ſacerdotalis, hoc eſt, pontificalis, ordo pendere uideretur. Quod beatus Cyprianus cõfirmans ait. Loquitur Dominus ad Petrum. Ego tibi dico, quia tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo eccleſiam meam, & portæ inferi non præualebunt aduerſus eam; & tibi dabo claues regni cœlorum, & quæcunque ligaueris ſuper terram, erunt ligata & in cœlis, & quæcunque ſolueris ſuper terram, erunt ſoluta & in cœlis. Et idem poſt reſurrectionem eidem Petro dixit. Paſce oues meas. Et quamuis Apoſtolis omnibus poſt reſurrectionem ſuam parem poteſtatem tribuat, & dicat. Sicut miſit me Pater, & ego mitto uos: accipite ſpiritum ſanctum; ſi cui remiſeritis peccata, remittentur illi, et ſi cui retinueritis retenta erunt: tamen, ut unitatem manifeſtaret, eiuſdem unitatis originem

Anacletus. Diſti. 21. in nouo te.

Cypria.

Ioan. 21.

Ioan. 20.

ab

ab uno incipientem ſua authoritate diſpoſuit. Hoc e-nim erant utique & cæteri Apoſtoli, quod fuit Petrus, pari cõſortio præditi, & honoris, & poteſtatis; ſed exordium ab unitate proficiſcitur, ut eccleſia una monſtretur. Et poſt pauca idem inquit. Quam unitatem firmiter tenere, & uindicare debemus maximè nos Epiſcopi, qui in eccleſia præſidemus, ut Epiſcopatum quoque ipſum unum atque indiuiſum probemus. Epiſcopatus quidem unus eſt, cuius à ſingulis in ſolidum pars tenetur. Et Hieronymus ad Euagrium dicit, Epiſcopum ſiue Romæ, ſiue Eugubii, ſiue Conſtantinopoli, ſiue Regii, ſiue Alexandriæ, ſiue Thebis, breuiter ubicunque exiſtentem eiuſdem eſſe meriti, eiusdem etiam ſacerdotii. Sacerdotii ergo, ſiue Epiſcopatus poteſtas res ſpiritualis eſt, & incorporalis, quæ diuidi non poteſt: hancque ſinguli Epiſcopi in ſuum quiſque gregem in ſolidum poſſident (nam omnes animarum rectores, tanquàm ueri paſtores, & nõ mercenarii ex Chriſti inſtitutione creantur) ſed Romanus Pontifex eam in uniuerſum ſuper totum chriſtianum gregem tenet; quam quidem, ubi rem uiderit poſtulare, & exercere poterit, & debebit. In hoc enim conſtitutus eſt, ut fratrum ſuorũ negligentiam ſuppleat. Quod planè Chriſtus indicare uoluit, cum Petrum alloqueretur dicens. Simon ecce Sathanas expetiuit uos ut cribraret ſicut triticum. Ego autem rogaui pro te, ut non deficiat fides tua. Et tu aliquando conuerſus confirma fratres tuos. Quod porrò qui non ſatis intelligit, quomodo fiat, ut ſingulis Apoſtolis par ſit poteſtas, & Petrus tamen principatum gerat, per hanc metaphoram facilè percipiet. Velut ſi paterfamilias pluribus ſeruis negotiandi prouinciam ex

Hiero.

Lu. 22.

Simile.

æquo partiatur ac demandet, qui tamen, ne negotiationis unitas diſſipetur, uni ex eis poteſtatem faciat, ut is non tantum in ſuam partem, ſed & in aliorum partes reſpiciat; & ſicubi aliquis ex conſeruis in officio ceſſauerit, eum, ut ad functionem ſuam reuocet ac proſpiciat, ne communis negotiatio iacturã patiatur. Quamobrem (iuxta huius parabolæ rationem) Epiſcopi omnes in partem ſolicitudinis & miniſterii eccleſiæ rectè à Chriſto uocati dicuntur; ſummus uerò Pontifex in poteſtatis plenitudinem electus: nam illi, ſinguli ſingulos, aſſignatos ſibi greges habent; huic uerò uniuerſi crediti ſunt. Quoniam reuera Petrus ipſe eccleſiæ Princeps in toto euangelio, & in omnibus Apoſtolorum actis deſignatur. Nam ultra quòd præmiſſa uerba Ieſus Petro dixit; hoc eſt, Paſce oues meas; et alibi. Et tu aliquando conuerſus confirma fratres tuos: cuius quidem confirmatio authoritatẽ in ſibi ſubditos denotare uidetur: hoc idem inſuper apparet, dũ Dominus, diſcipulis aliis præſentibus, ſolum Petrũ ſibi in ſolutione tributi æquauit, tanquam qui eum etiam in authoritate ſuper alios ſibi æquaret, & ſui uicarium cõſtitueret. Ac prætere a in euãgeliis, in quibus Apoſtolorũ ordo, & conſtitutio deſcribitur, Petrus ab omnibus euangeliſtis primo loco, propter primatũ eius (ut Hieronymus, & Chryſoſtomus exponunt) ut caput nominatur. Proinde ſolus Petrus ſuper aquas maris ad Chriſtum peruenit, in ſignumque ſui ſingularis Pontificii id Chriſto prouidente eueniſſe creditur (ut Bernardus ait:) &, ſi diſcipulis cæteris Dominus ut retia ſua laxarent imperauit (ait Ambroſius) ſoli tamen Petro dixit, ut nauem in altum tanquam nauis eccleſiæ uniuerſalis rector deduceret. Atque

Bernar. ad Euge. lib.2.

Ioan.21.

Lu.22.

Matt.17.

Matt.14.

Ioan.21.

Luc.5.

que

que (ut hac de re ſummatim dicam) cum Petrus in ecclesia, & in uita, & poſt mortem Chriſti pontificatus munus, & eccleſiæ primatum executus ſit: igitur aliorum primus, atque caput ſingulare erat. Antecedens patet tum in multis actibus in uita Chriſti per eum geſtis; tũ in iis quæ poſt Chriſti mortem operatus eſt (ut in omnibus Apoſtolorũ actis apparet.) Nam ipſe ſolus & primus in medio fratrum ſurgens, Matthiæ ordinationem procurauit, & direxit. Deinde ipſe in die Penthecoſtes omnes Apoſtolos aduerſus murmurantes defendit. Et idem aliàs in ſanatione claudi fecit. Subinde in Ananiam, & Saphiram ſententiam mortis protulit; quod certè maximum cohibitiuæ poteſtatis indicium fuit. Præterea Simonis execrabilem ſimoniam idem reprehendit, illi dicens. Pecunia tua tecum ſit in perditionem. Inde ſolus ipſe tãquam Prælatus, & inter cæteros primus gentes in ſuam ſuſcipere poteſtatem à Domino iuſſus fuit, dum lintheum uidit, in quo beſtiæ & reptilia erant, & facta eſt ad eum uox dicens. Surge Petre, occide, & manduca: quod Petrus poſtmodum uiſo Cornelio Centurione, ac cognita uiſione, uerbis ſuis ita eſſe confirmauit; & uelut caput gentes eccleſiæ incorporauit. Atque tandem ſententiæ ſuper ceſſatione legalium in concilio Apoſtolorum ipſe author fuit. Conſequẽs autem propoſitionis noſtræ ex eo notum eſt; quoniã Petrus inter alios primatũ iniuſtè ſibi nunquã uſurpaſſet, cum uir ſanctus, & omnium humillimus eſſet; ſicut in multis oſtendit, & præcipuè cum, cæteris in naui ad præſentiam Chriſti tacentibus, ipſe ſolus dixit. Exi à me Domine, quia homo peccator ſum: et cum inſuper ſpiritu ſancto plenus, ac uerus ſui magiſtri imitator eſſet.

Act. 1. 2. 3. 4. 5.

Act. 8.

Act. 11.

Act. 15.

Luc. 5.

ſet. Sed neque etiam Dominus ipſe in uita ſua id mune ris ab eo toties uſurpari permiſiſſet, niſi ad talem ſtatũ & gradum illum diſponere decreuiſſet: imò tum ce-
Ioan.1. phas (quod eſt caput) tum petram, ſuper quam eccle-
Matt.16. ſiam ſuam ædificare uellet, eum appellabat; & tum il-
Lu.22. lum fratres ſuos (ut præmiſimus) confirmare iubebat; quem ſanè ſicut in ſuo amore aliis ſuperiorem requiſiuit, ita in authoritate & dignitate ſuper alios primũ cõ ſtituit. Ex quibus omnibus euidenter conſtat tam Petrum ex Chriſti inſtituto primum fuiſſe, & ſui primatus officium iure exercuiſſe; quàm etiam cæteros Apoſtolos in partem ſolicitudinis pro eccleſiæ regimine ab eodem Chriſto uocatos, & ut ueros paſtores inſtitutos eſſe: quippe quibus Epiſcopi quique eodem met iure ſuccedunt (ut iã probauimus.) Ita quòd nõ Epiſcopatus ordo, & poteſtas (iuxtà cõfutatũ quorundã errorem) à Petro eſſe dicũtur (tanquã ſola iuriſdictione Epiſcopus cõ ſtituatur, nec Apoſtolorũ ſucceſſio ſit, neque Chriſtus de tali gradu mentionem fecerit, neque eiuſdem inſtitutio ſit) ſed ſola extrinſeca iuriſdictio hoc eſt, uſualis ſiue ac cidẽtalis ipſius iuriſdictionis poteſtas à Petro, ſiue à Papa ſucceſſore illius in omnes inferiores Prælatos proue nire manifeſtè patet: cũ eadem & ſacerdotalis, & iudicia lis poteſtas in partem regiminis eccleſiæ, diuino iure atque eſſentialiter Apoſtolis iã cõceſſa, modo etiã in Epiſcopis eorũ ſucceſſoribus perſeueret; quãuis quo ad utriuſque epiſcopalis poteſtatis uſũ, ſiue quo ad ſubditorũ diſtributionem, applicationem, uel ſubtractionẽ, omnes ſummũ Pontificẽ ſuperiorem ſibi, atque primariũ re cognoſcere habeãt. Nã certe aliud eſt, ſubditos aliquos ſibi aſſignatos, & ſuæ poteſtati & prælaturæ cõgruos habere;

bere;& aliud eſt fecūdū ſibi datā diuino iure in epiſcopalis ordinis collatione prælaturam operari,atque regimine ſibi à Chriſto impoſito erga ſubditos ipſos uti. Et ſimiliter aliud eſſe dicitur iuriſdictionis uſū à ſibi ſuperiore conceſsū habere,aliud uero in ipſo iuriſdictionis uſu eo ordine,iure,et eſſentiali ſui iuris poteſtate,qua Chriſtus paſtores rectoreſque omnes inſtituit, ſubditos gubernare. Quia profectò conceſſa ſuperioris iuriſdictio illud præcisè operatur, ut Epiſcopo materiam applicet, ſiue tales uel tales ei ſubditos reddat: eſſentialis autem epiſcopalis iuriſditio,ſiue poteſtas,cui congruentis ſibi iuriſdictionis uſus debetur,per Chriſti inſtitutionem in ordine ipſi Epiſcopo exhibita, hoc facit, & requirit,ut is ſubditos illos ſibi à ſuperiore applicatos certa authoritate,certiſue modis,& regulis eidem ab ipſo Chriſto in epiſcopali ordine traditis, regere poſsit, ac debeat. Cui quidem ſententiæ Apoſtolus annuit,dū Epiſcopos monet,ut ſibi,& uniuerſo gregi attendant, in quo ſpiritus ſanctus eos poſuit Epiſcopos regere eccleſiam Dei. Atque alibi dixit ſpiritus ſanctus, ut Paulus,& Barnabas in epiſcopale opus,ad quod eos aſſumpſerat,ſegregarentur;quippe qui ſpiritus ſanctus quoſdam dedit Apoſtolos,alios prophetas,alios uero paſtores. Et ſimiles aliæ perplures extant authoritates, quas præallegauimus. Et propterea alia dici poterit eſſe iuriſditio ſecundum poteſtatem;alia uero ſecundum uſum ipſius iuriſditionis. Siue alia erit eſſentialis;& alia accidentalis poteſtas iuriſdictionis: aut etiam alia in primo actu;& alia in ſecundo. Nam iuriſditio,quo ad primum modum,intelligitur quantum ad eſſentiam iuris, quod ordinatus in ſui ordinis collatione, pro eiuſdem

Act. 20.

Act. 13.

Ephe. 4.

1. Cor. 12.

ordinis

ordinis qualitate, ipſo diuino iure recipit: quæ in anima radicata eſt, & in epiſcopalis ordinis collatione ſingulari quadam prærogatiua traditur, cum Epiſcopi nomen ſuperioritatem, uel iuriſditionem in alios denotet. Epiſcopus enim, ex ſui ordinis collatione, talem habet iuriſditionem, ſiue eſſentialem ſui iuris poteſtatem, quòd etiam ipſius poteſtatis ſuæ uſus, ſuique paſtoralis regiminis actio ſibi, ut ſuperintendenti Paſtori, debitè competit. Et hoc modo ſumpta iuriſditio (mea quidem ſententia) ex ſui proprietate uocabuli ſine litera c interpoſita ſcribetur: quæ iuris poteſtas dicitur. Nam ditio poteſtatem, dominiumque deſignat; quæ poteſtas quandoque ſine ſui uſu eſſe poteſt. Iuriſdictio uero ſecundo modo ſumpta, quò ad uſualem, ſiue accidentalem ſui poteſtatem, quæ circa ſubditos ius exercet: & inquantum ſubditos ipſos ei, qui eſſentialem iudicandi poteſtatem habet, applicat, uel ab eo ſubtrahit, intelligitur: quæ iuriſdictio ſine ſui uſu nunquam eſſe poteſt, quia in actu, & executione conſiſtit. Et hæc proprio uocabulo iuriſdictio cum litera c ſcribetur; quia ad ipſius iuris uſum, & prolationem pertinet (ut ſupra in ſui definitione meminimus) quæ quidem à Pontifice, ut à primario fonte in omnes inferiores Epiſcopos; & ab Epiſcopis in præsbyteros curatos ſibi ſubditos promanare ſolet. Itaque iurisditio, primo modo dicta, eſt ipſa clauis iuris, ordinato, ex collati ſibi ordinis natura, congruentis: ſecundo uero modo dicta ipſius clauis uſus eſt. Vnde qui hanc ſecundam habet, ſecundum uirtutem primæ operari poteſt: & ſicut in danda ſecunda hac iurisdictione Papa Epiſcopis; & Epiſcopi præsbyteris præcipiunt, prohibent, diſpenſant

ſant, uel miniſteria mutant; ita poſt ipſam ſecundam iuriſdictionem conceſſam, in miniſtranda prima tã præſbyteratus, quàm Epiſcopatus iuriſditione, ſiue poteſtate, Chriſtus præcipit, & ordinat: ut uidelicet, iuxta formam, doctrinam, & poteſtatem à ſe tam curatis præſbyteris, quàm Epiſcopis traditam; ii in eccleſia, in ædificationem ſui myſtici corporis diuerſimodè, hoc eſt, pro accepti muneris qualitate, miniſtrare debeant; paſtores pii ſint, & diligentes, qui exemplo ſui animam ſuam pro ouibus ponant; moribus; & uerbis doceant; gregi ſibi credito aſſiſtant, inuigilent; & alia, quæ bonum paſtorem facere decet, ſolicitè peragant. Quod & Apoſtolus in uariis locis monet; & infra latius patebit. Ita quòd *manifeſtè* hinc ſequitur, quòd ſtante curato præſbytero, uel Epiſcopo in officio, & titulo ſuo paſtorali, poſt applicatam ſibi diocœſim, uel parochiam ſubditorum, non amplius ex Pontificis diſpenſatione illorum onus dependet, ut is ſibi pro arbitrio debitam curæ ſolicitudinem minuat, uel tollat; ſed ij ea lege ligantur, & ita ſuſcepto regimini obligantur, ut Chriſti ordo, & doctrina determinat, & requirit: atque ſic in diſpoſitione iuris diuini remanent, & ex ſola neceſſitatis uel naturæ lege Papa ſecũ diſpenſare, & euſque ſe intromittere poterit, quò ſibi ius diuinum interpretari, & in eccleſiæ ædificationem, & non in detrimentum exponere licebit. Quod (ut omnibus facilius appareat) hac metaphora explicabitur. Nã quemadmodum ſi Imperator Duces, tribunos militũ; uel centuriones crearet, eiſque ſingulares ſui muneris leges, & regulas mandaret; qui tamen, tradito illis gradu & dignitate, non dum particulares ſubditos, uel

1. Co. 14. 2. Co. 10. & 13. Ephe. 4. Ioan. 10. 2. Tim. 4.

Simile.

compe-

competentem militum numerum applicaret; ſed poſtmodum Principi, uel Locumtenenti ſuo committeret, ut de iſta, uel de illa prouincia, pro ſuo libito, & ex ſua iurisdictione, congruos ſibi ſubditos adiungeret, uel tam ex ſuperiorum, quàm ex inferiorum demeritis remoueret, & reos quoſcũque iudicaret, & puniret, uel abſolueret, atque ad imperialium legum obſeruantiam omnibus modis eos dirigeret: ita de Apoſtolis, & *Epiſcopis* eorum ſucceſſoribus euenit, qui ab ipſo Chriſto Epiſcopi creati ſunt; ſed Petri, ſiue illius ſucceſſoris iurisdictioni ſubinde commendati & ſubiecti: Vnde uno modo, quò ad eorum gradum, poteſtatem, & dignitatem conſiderari poſſunt, quæ eſt ipſa prælatura, ſeu Epiſcopatus, quem illi in ſua ordinatione, & uirtute, & authoritate Chriſti recipiunt; alio uerò modo conſiderari poſſunt, quò ad ſubditos, iuxta ſuæ prælaturæ congruentiam, ſibi ex Pontificis Chriſti uicarii, ſiue locumtenentis iurisdictione applicatos. Quoniam ſicut Ducatus, uel Tribunatus in Ducibus, & Tribunis illis, non ex illo locumtenente eſſe dicetur, qui ipſis Ducibus, uel Tribunis militum ab ipſo Imperatore creatis ſubditos exercitus applicauit; quamuis iurisdictionis uſum per ſibi traditam ſubiectam materiam eis dederit; ſed dignitas & poteſtas illa *eſſentialis*, *cui talis* extrinſecus uſus dari competit, ex ipſo creante Imperatore eſſe dicetur; ſecundum cuius regulas, & ordinationes munere illo à nullo alio alterando, uel extra regulas ſuas immutando eos perfungi oportebit: ita ſimiliter prælaturæ, ſiue Epiſcopatus gradus, eſſentialiſque poteſtas nõ ex Papa Chriſti uicario eſſe dicetur, qui ſubditos populos tali uel tali Epiſcopo, ex ipſius Chriſti authoritate

creato

creato applicauit, quamquàm iuriſdictionis uſum,ſiue debitam præhabiti epiſcopalis iuris actionem per ſibi traditam ſubditi populi materiam illi cōceſſerit,& omnes ſuæ ditioni uniuerſaliter ſubiectos habeat, & iudicare, & corrigere, & punire poſſit; ſed ex ipſo creante Chriſto,& poteſtatem,& dignitatem illã præſtante eſſe perhibetur, ſecundum cuius regulas, & exhibitã doctrinã paſtorale illud munus, à nullo alio immutandũ, uel extra præfixam normam diſtrahendũ,exequi opus erit. At ſi quis forte opponeret, quòd poteſtas quandoque à ſuperioribus prælatis inferioribus tollitur; ut cũ quis ſuſpenditur,excommunicatur,uel deponitur. Reſpondeo. quòd nunquam poteſtas ipſa à Chriſto tradita, & ordini cohærens quó ad ſuã eſſentiam tolli poteſt, ſed tantũ quo ad ipſius uſum ſiue executionem in ſubiectam materiã ſuſpenditur, uel aufertur; quia clauis apud ordinatũ ſemper remanet,licet,illius uſus magis,uel minus impediatur. Sicque eſſentialis illa poteſtas nunquam à Papa tollitur,quia nec datur, ſed ex uigore collati tum epiſcopalis,tum ſacerdotalis ordinis tam Epiſcopo, quàm præsbytero(uario tamen modo)confertur,ut utriuſque ordinationis uerba demonſtrant. Et inde eſt quòd quis ſuſpenſus uel depoſitus,ſi reſtituatur,non rurſus in Epiſcopatu, uel præsbyterio, ordinatur. Nam (doctores aiunt) ſicut de potentia uiſiua dupliciter, uel quantum (ſcilicet) ad eſſentiã,uel quantum ad uſum loqui poſſumus; quia quò ad eſſentiam hæc potentia in anima radicaliter fundatur,nec animam unquàm deſerit; ſed quò ad uſum, organum bene diſpoſitum, & medium illuminatum exigit: ita in propoſito noſtro intelligendũ eſt, quòd ſi de potentia ſoluendi, & ligandi in præsbytero

Oppo.

Solutio.

in foro cõſcientiæ; uel de potentia excommunicandi, & iudicandi in Epiſcopo in foro contentioſo, quãtum ad eſſentiam loquamur; ſic in ipſa anima radicaliter ineſt, ſicut & character; neque ab illo, niſi ſecundum relationem quandam differre uidetur; & hoc modo cum ſacerdotali, uel epiſcopali ordine inſeparabiliter ſe tenet. Si uerò quantum ad uſum loquamur; ſic iuriſdictionis actio neceſſariò requiritur: & ratio eſt, quia ſacerdos in foro conſcientiæ, ſicut Epiſcopus in foro contentioſo, mediator eſſe dicitur; & ambo, inquãtum mediatores, Deo inferiores, & pœnitente, uel reo ſuperiores exiſtunt. Vnde arbitri ſunt & iudices homini, loco Dei, ad ſoluendum, ſiue ad ligandum & puniendum cõſtituti. Tale autem iudicium non eſt ſine aliqua iuriſdictione in eum qui iudicatur; quia nemo aliquem iudicare poteſt, niſi qui iudex eius conſtituitur ab eo, qui talem ſibi ſubdere poteſt. Quare iurisdictio eſt tanquã clauis uſus, & actio in ſubiecta materia, qua deficiente clauis non aperit; ita quòd ſi iurisdictio amittitur, clauis executio ceſſat: quæ ſanè iurisdictio multipliciter amitti poteſt; utputa, uel reſpectu ſubiectæ materiæ aliquo caſu ſublatæ, circa quam iuriſdictio ipſa exercebatur; uel etiã reſpectu Prælatorũ, per amotionem eorum à tali actione; tum ſcilicet per ipſam ſubditorum ablationem quantum ad rem, ut eſt in hæreticis, excõmunicatis, & ſimilibus; tum etiam per eorum remotionem, ſubditorumque ablationem quantum ad rem & quantum ad ſpem, ut eſt in degradatis, ſiue depoſitis omnino, quibus uſus talis ſine ſpe recuperandi aufertur. Propter quod hic concluditur, quòd quãuis clauis iſta, quantum ad eſſe, ordinem conſequatur; tamen quã

Ratio.

tum

tũ ad executionem regulariter iuriſdictionẽ ſequitur. Vnde hæretici uel degradati ideo non poſſe dicuntur, quia ibi ea non ſunt, quæ ad eorum clauis uſum neceſſaria ſunt; & tamen potentiã habent, & clauem ipſam poſſident. Quod quàm uerum ſit ex eo quoque patet, quod ſimplex curatus præsbyter de caſu illo pœnitus occulto ſubditum abſoluere poteſt, qui aliàs, ſi manifeſtus eſſet, ad Epiſcopum, ſiue ad Pontificem pertineret. Idque euenit quia ſimplex quiſque curatus, cũ ordinẽ habeat ſacerdotalem, ligandi, ſoluendique potentiam ordini annexam, de omni caſu in foro conſcientiæ abſoluere poteſt, niſi caſus aliqui à ſuperiore eccleſiæ Prælato ſibi reſeruentur (ut ſunt regulariter Epiſcopales, & Papales caſus) omnino autem occulti non reſeruantur; quia eccleſia de occultis non iudicat. Vnde ſequitur quòd ſimplex ille curatus, non ex Epiſcopi, uel Pontificis authoritate ſibi conceſſa (quia limitata ſibi fuit) ſed ex eſſentiali ligandi, & ſoluendi poteſtate ſibi diuino iure tradita, atque ordini ſemper adhærente in tali caſu abſoluit, de quo extrinſecæ iuriſdictionis uſus nõ ſe impedit. Et ſic patet intrinſecam quandam in alios, tum ad ligandum, tum ad ſoluendum, iuris poteſtatẽ, ordini ſemper annexam eſſe, licet executio & uſus illius quandoque ſuſpendatur, cum à ſuperiore Prælato ſudita materia ſubtrahitur. Quæ tamen hic ſubtrahi nõ potuit; quia hæc non ad contentioſum, ſed ad pænitentiale forum ſolummodo in eo crimine iure pertinebat; cum pænitus occultum crimen occultum omnino iudicium requirat, ſecretumque examen: quod profectò in diſpoſitione iuris diuini remanet, & ad diuinum forum ſpectat. Idque ſimiliter quoque de articulo neceſ-

Diſt.32.c. rubelcăt. 6.q.1.ſi omnia.

De temp. ordi. c. ex litterarũ. Et de cohab.cle c. ueſtra. ubi Pano.

ſitatis in quocunque præsbytero euenire ſolet: imò ſi talis executio prohiberetur, prohibitio hæc, quæ contrà rectitudinem iuris naturalis, ſiue etiam diuini, facta eſſet, non ualeret, atque intolerabilem errorem contineret. Sicque extrinſecæ iuriſdictionis ratio ceſſat, ubi militantis eccleſiæ iudicium non exigitur, ad quam de occultis iudicare non ſpectat, neque in neceſſitatis articulo limites ponere. Quapropter ex præmiſſis colligitur,

Concluſio. quòd tum Sacerdotalis, tum Epiſcopalis ordo, dignitas, atque poteſtas ſunt de iure diuino immediatè tradita, & tam Præsbyteris, quàm epiſcopis (diuerſo tamẽ gradu) inſeparabiliter annexa. Deinde patet, quòd clauium ſiue poteſtatis eorum uſus & executio etiam de iure diuino ſed mediatè per Papam conceditur, ut ſubiectionis ordo ſeruetur: ſed ſicut huiuſmodi uſus cõceſſio per Papam in Prælatos à Chriſto mediatè deriuatur, ita modus ipſius uſus ab ipſo Chriſto immediatè inſtitutus fuit; & paſtoralis regiminis conditiones, & regulæ ordinatæ, quas tranſgredi non decet. Vnde ſicut Epiſcopus in clerum, & in diocœſanos, & curatus præsbyter in parochos ſuos, pro ſibi conceſſo clauium uſu, curam & regimen ſuum de iure diuino peragunt; ita tam ipſi Epiſcopi, quàm curati, atque cæteri omnes in militanti eccleſia degentes, eodem diuino iure à ſummo Pontifice (tanquàm illi ſubiecti, & primariæ, ac uniuerſali ipſius iuriſdictioni obligati) reguntur: qui quidem Pontifex, ut caput, ſingulari prærogatiua creditã habens talis clauium uſus diſpenſationem à Chriſto, omnibus inferioribus Prælatis propriæ eorum poteſtatis executionem per ſubditorum exhibitionem, concedit, atque ſicut in Prælatis eligendis, ita in electis, &

promotis diuerſis animarum curis applicandis, extrinſeca ſua optione, & iuriſdictione ſibi à Chriſto peculiariter tradita uti ſolet. Et hinc eſt, quòd ſicut illud factũ, quod præciſè & immediatè ſacerdotalem uel epiſcopalem ordinem reſpicit, & extrinſeco actu per ſacræ impreſſionis, ſiue habiti characteris uirtutem perficitur, non omnino auferre ſeu prohibere Pontifex poteſt, ne de facto fiat (ut conſecratio corporis Chriſti, uel ordinum collatio, & confirmatio) licet contra prohibitionem agentes peccent: ita illud factũ, quod non tam ordinem, quàm etiam iuriſdictionem reſpicit, uel ad ſolã iuriſdictionem ſpectat, et extrinſeco actu per obedientiam, & per ſubiectionem perficitur, eo reſpectu, Papa regulariter ſibi reſeruare, ſuſpendere, uel tollere poteſt; ita ut actus talis (excepto, ut iam diximus, crimine pænitus occulto, uel neceſſitatis articulo) omnino inualidus ſit, ut in ligando, & ſoluendo in foro conſcientiæ, & in excommunicando & reconciliando in foro contentioſo: atque eò magis in cæteris actibus ad iuriſdictionem purè ſpectantibus id eueniet; quoniam in talium executione ad ſuperioritatem præciſè reſpectus habetur, quæ uicario Chriſti plenariè conceſſa fuit, ad hoc ut (iuxta Apoſtoli monitum) omnia in nobis ordinatè fiant. Ex his autem, quæ adduximus facilè conuinci poteſt, quàm grauiter illi aberrent, qui Prælatorũ electionem ad temporales magiſtratus, ſiue ad populi, & plebis arbitrium pertinere uolunt. Nam profectò ad ſummum Pontificem, ſiue ad Epiſcopos talem curam pertinere in ſcripturis legimus, & non ad profanos magiſtratus, & multò minus ad uulgare arbitrium; cum non ſit in eo conſilium, non ratio, non diſcrimen, nec ulla diligentia;

Prælatorum electio.

Cicero, pro Plan.

gentia; unde ſapientes ea quæ populus feciſſet, ferenda, non ſemper laudanda duxerunt. Propter quod ſicut in ueteri teſtamento Deus ſummi Pontificis & Regis electionem non commiſit populo, ſed ſibi reſeruauit; ut in Deuteronomio XVII. dicitur: et ſicut talis Dei electio tunc per prophetas, & ſacerdotes declarabatur: ita nūc fieri debet. Et propterea in Pauli epiſtolis nobis cōſtat Timotheum, & Titum ab ipſo Apoſtolo epiſcopos conſtitutos; Tito uerò ab illo mandatum fuiſſe, ut ipſe, non ut populus (qui docendus, non ſequendus eſt) aut profanus aliquis magiſtratus per ciuitates præsbyteros conſtitueret. Atque alibi ordinandi poteſtatem plebi detrahit, & eādem ſoli Epiſcopo permittit; idque non temerè, ſed graui cura adhibita. Vnde Timotheo dicit. Nemini cito manus impoſueris. Ex quibus Apoſtoli uerbis tam electio, quàm ordinatio ſacerdotum, & Prælatorum ad ipſum Pontificem, & ad Epiſcopos ſpectare uidemus. Et in Apoſtolorum actis ſæpe legitur, quomodo ab Apoſtolis Epiſcopi, præsbyteri, ſiue etiam diaconi inſtituti ſint. Et legat qui uelit tam acta, quàm epiſtolas Apoſtolorū omnes, nuſquam reperiet, quòd quicquam in hac parte ſibi iuris uel populus, uel temporalis magiſtratus uſurpauerit. Et quāuis electio apud populū aliquando fuerit; attamen hoc nunquam fuit, ut ipſe ſibi ſacerdotem, uel Epiſcopum cōſtitueret; ſed tantūmodo, quem ſibi utilius dari crederet & optaret, palā oſtendebat. Vnde in quadam ad Corneliū epiſtola Cyprianus de Epiſcopi electione mentionem faciens, diuini primum iudicii, deinde populi ſuffragii, poſtremo Chorepiſcoporum conſenſus meminit. In ea uero quæ proximè ſequitur, de uniuerſæ fraternitatis ſuffragio

Tit. 1.

1. Tim. 5.

Act. 1. 6.

Cypria. ad Corn. li. 5. epi. 3.

ſuffragio, deque Epiſcoporum, qui in præſentia conuenerant, iudicio, Sabino delatum epiſcopatum ſcribit. Præterea etiam talem fidelem populi conſenſum in huiuſmodi electione ex Stephani, & Nicolai Pontificum epiſtolis percipimus; ita tamen, ut penes Romanum Pōtificem, aut Metropolitanum conſtituendi ſiue eligendi Epiſcopum poteſtas eſſet, quippe qui non inuitus, ſed ſpontanee (niſi quid impediret) cleri plebiſque conſenſum & deſiderium ſequebatur. Et uſum talem Leo Papa deſcribit dicens. Vota ciuium, teſtimonia populorum, honoratorum arbitrium, electio clericorum in ordinationibus ſacerdotum conſtituantur. Origenes inſuper ſcribit in ordinando ſacerdote etiam populi præſentiam requiri, ut ſciant omnes & certi ſint, quia qui præſtantior eſt ex omni populo, qui doctior, qui ſanctior, & qui in omni uirtute eminentior; ille ad ſacerdotium eligitur; & hoc aſtante populo, ne qua poſtmodū retractatio cuiquam, ne quis ſcrupulus reſideret. Nam ſic quoque in ueteri lege coram omni ſinagoga iubet Deus ſacerdotem conſtitui: quod (inquit Cyprianus) inſtruit & oſtendit ſacerdotales ordinationes non niſi ſub populi aſſiſtentis conſcientia fieri oportere, ut plebe præſente uel detegantur malorum crimina, uel bonorum merita prædicentur, & ordinatio iuſta, & legitima ſit. Neque enim dubium eſt, quin eo tempore, quo chriſtianorum perſecutio uigebat, cumque epiſcopatum deſiderare nil aliud erat, quàm martyrem fieri uel leſtunc (inquam) & ambitio minor, & in eligendo maior fuerit populi ſancti grauitas, & conſtantia. Poſtquā uero, ſecundis chriſtianorum rebus, ambitio paulatim irrepſit, corrupto iam in multis primæuo eccleſiæ

Stephanus ad Roma. epi. Rauēnatem. Et Nico. ad Ioan. Archiepi. Rauen.

Leo in epiſtola 84.

Orige. In Leuiti. Homi. 6.

Num. 10.

Cypria. lib. 1. epi. 4.

ſtatu,

ſtatu, ea ratio commutata fuit; ita ut ad ſolos ſacerdotes electio ſanè pertineret, præſente tamen populo. Nã quanta inde in plebe, primis illis temporibus, iam feruore in chriſtianorum cordibus tepeſcente, confuſio orta eſſet, Chryſoſtomus meminit, qui electiones illas, quæ per illos populos fiebant, non ut laudandas, ſed ut potius arguendas referens ait. Ito iam hinc, & publica feſta ſpectato, ea dico in quibus dignitatũ eccleſiaſticarum electiones de more fiunt, & tam multis uidebis ibi criminationibus Epiſcopum lacerari, quanta eſt tota illa ſubditorum multitudo, quibus eligendi poteſtas cõceſſa eſt: hos omnes tam in multas factiones ſcindi, neque inter ſe conſentire, neque cum eo, cui ſorte Epiſcopatus delatus eſt, conuenire uideas; ſed unuſquiſque à ſuis unius partibus ſtat, alius hunc, alius illum eligẽs; cuius rei cauſa hæc eſt, quòd idipſum non ſpectant, quod ſolum ſpectandum fuerat, nempe animi uirtutẽ; ſed aliæ ſunt cauſæ, quibus honor is conciliatur; nam hic quòd claro genere ortus ſit, ille quòd opibus abundet, alius ſibi genere propinquum, alius adulatorem cæteris anteponere mauult; & nemo eſt, qui eum qui idoneus ſit, ſpectare uelit aut animi partes explorare curet. Et hæc porrò apud orientales Chryſoſtomi temporibus in populis illis eligendi ratio fuit: neque certè diuerſa fuit in Africa; qua etiam ex cauſa Auguſtinus faciendum putauit, ut quemadmodum ipſe Valerio non ſucceſſerat, ſed acceſſerat, ſic ipſe uiuens eccleſiæ ſuæ de ſibi ſucceſſore prouideret; unde Eradium in coadiutorem, & ſucceſſorem ſuum in epiſcopatu aſſumpſit. In quadã enim ſuà epiſtola dicebat. Scio poſt obitus Epiſcoporum per ambitioſos, aut contentioſos ſolere eccleſias

Chryſoſt. de ſacerdotio li. 3.

Auguſt. epiſt. 101.

cleſias perturbari: quod ſæpe expertus ſum, & dolui. Quapropter plebeia illa electio per eccleſiam meritò ſublata eſt, & præsbyteris, primum pluribus, moxque paucioribus, relicta; ſicut in Concilio Conſtantinopolitano & Laodiceņſi conſtitutum legimus. Sed & modo ordinationes præſente populo fiunt, non ut illius conſenſus, ſuffragia, uel authoritas requirantur, ſed ut ſi quid obiiciendum præſentes habeant contra ordinandum, afferre non prætermittant. Vel etiam in præficiendis particulari eccleſiæ præsbyteris patronorũ digniora deſideria ad proprium Epiſcopum deferuntur, qui ſi tales idoneos cognouerit, authoritatem ſuam præſtat, ut præſit. Et ſic de minoribus eccleſiæ miniſtris apud Epiſcopos; de Epiſcopis uerò conſtituendis iudicium, & poteſtas apud eum eſſe uidemus, qui ſummus omnium paſtor, & Pontifex, atque Romanæ ſedis præſul exiſtit. Vnde hoc modo unitas in eccleſia retinetur; ſic ſchiſmatibus obuiatur, & ſic ut idipſum omnes ſapiant, idipſum ſentiant & dicant, prouidetur; dum unius diocœſis unus eſt Epiſcopus, cui tanquam Patri, non ſolum grex ſibi creditus plebis, uerum & ſacerdotes omnes obedientes conſentiunt: & dum unus inſuper omnium tam Epiſcoporum, quàm inferiorum, tanquam communis totius eccleſiæ Paſtor, & Rector, Romanus Pontifex eſt; ex quo quidem pendent, cuius authoritatem ſequuntur, & ad quem de cauſis omnibus maioribus omnes referunt.

Io. Echi. de prima. Pe. lib. 3. c. 28.

Concilia.

De Prælatorum Paſtorali, debita, ac multiplici in ſubditos cura.

SECTIO OCTAVA.

CVM iam ſacerdotalis, epiſcopalisque ordinis, atque iurisdictionis ſingularitatem, dignitatem, eminentiam, & poteſtatem conſiderauerimus; nil aliud nobis reſiduum eſt, niſi ut perſpiciamus, qua ſerie, quo ritu, qua diligentia, & cura, atq; quo affectu unuſquiſque Prælatus, & maximè Epiſcopus ſuper populum ſuum totis uiribus inuigilare, & munere ſuo perfungi debeat. Quod quanti referat, & quanti oneris ſit honor iſte, qualique indigeat ſolicitudine, Chriſtus in multis euangelii locis oſtendit; atque tam Petrus, quàm Paulus ipſius Apoſtoli in ſuis epiſtolis
Ti. 1. demonſtrarunt; & præcipuè Paulus ad Titum Cretæ Epiſcopum ſcribens; & in Apoſtolorum actis; ubi apoſtolica uehementia AEpheſinæ eccleſiæ Prælatos, & curatos monebat, ea uerba, quæ aliàs præmiſimus, dicens
Act. 20. hoc eſt. Attendite uobis & uniuerſo gregi, in quos uos ſpiritus ſanctus poſuit Epiſcopos regere eccleſiã Dei, quam acquiſiuit ſanguine ſuo. Et poſt pauca dicit. Propter quod uigilate, memoria retinentes quoniam per triennium nocte, & die non ceſſaui cum lacrymis monere unumquenque ueſtrum. Cui quidem epiſcopali muneri ut ambo illa apoſtolici ordinis eximia luminaria, Petrus nimirum, & collega eius Paulus, ſatisfacerent, per orbem diuagabantur, & tranſibant, & redibant, & ſæpe conſtitutas eccleſias inuiſebant, confirmantes

mantes eas; Apoſtolorum & ſeniorum præcepta,& tra ditiones cuſtodire præcipientes; & non tantum uerbo, ſed & exemplo epiſcopos omnes commonentes,ut qui ſpeculatores in Dei eccleſia conſtituti eſſent, & nominarentur, prouinciæ ſibi mandatæ uigilantiſſimè intenderent, fidem,conuerſationem,mores,& uitam ſingulorum explorarent ſubditorum, & ne alicubi quis in ea uocatione, ad quam à Deo uocatus eſſet, torpeſceret, examinarent, atque obnixè prouiderent. Atque inſuper huius animarum diligentiſſimæ curæ,uigilantiæ,ſolicitique regiminis typum Dominus in euangelio ſæpius oſtendit, & quantum ſibi id cordi eſſet ſatis edocuit; cùm modo per deperditam drachmam,tanta cum induſtria repertam, ut tota domus euerſa fuerit; modo per errantem buiculam maximo labore,& ſolicitudine conquiſitam, & inuentam,atque à ſuo paſtore propriis humeris ad ouile delatam; modo per prodigum filiũ, cui de dilapidatis bonis,de malefactisque ſuis dolenti, & ad domum patris refugienti, pius pater occurrit,amplexatur, in oſcula ruit, flet cum flente, & præ gaudio inuenti filii conuiuium parat, ſaginatum uitulum occidit, tibicines uocat, & nimiam ſui animi lætitiam tum uerbis, tum operibus exprimit: atque tandem per miſerum illum hominem à latronibus uulneratum, deſpoliatum, & ſemiuiuum relictum, & ab illo Samaritano pio erga eum affectu commoto ſuſceptũ, & ligatis uulneribus ſuper iumentum ſuum impoſitum, datumque ſtabulario, ut curam illius ageret, opportuna, ſcilicet, medicamina applicando; famelicum paſcendo;& ſpoliatum ueſtiendo; omnimodam illam, ac diligentiſſimam curam, quam erga ſubditos ſuos Prælatus quiſ-

Act.9.15. et 16. Lu. 15. Matt. 18. Lu. 11. Lu. 10.

CC 2 que

Triplex prælati officium. que gerere deberet, manifeſtauit; illudque hac ultima metaphora præcipuè edocuit. Nam ſicut triplici laborat incommodo qui ſpiritualis ſtabularii (hoc eſt Prælati) curæ committitur, quia uulneratus, famelicus, & deſpoliatus eſt; ita triplex eſſe debet Prælati cura circa ipſum miſerum ſuo regimini commiſſum, quia is curā habere debet illum medendi, paſcendi, & induendi: de
Iſa.3. qua quidem triplici cura Iſaias loquebatur, dū de *Prælationis* ſuſcipiēdo regimine ſe humiliter excuſans ait. Non ſum medicus, & in domo mea non eſt panis, neque ueſtimentum. Quaſi dicat. Non ſum medicus idoneus ad ſpiritualia uulnera medenda; & paſcere Domini gregem non ualeo; quia in domo mea (hoc eſt in anima mea) non eſt panis tum exemplaris uitæ, tum diuinæ ſapientiæ; neque demum ſubditos ſpiritualibus, uel corporalibus ueſtimētis induere ualeo, quia nec ueſtimenta domi meæ ſunt. *Prælatus mederi debet uerbo.* Primū igitur Prælatus animas ægras, & à diabolo uulneratas medendi curam habere debet. Sed quoniam quis ſine medicandi ſcientiā, & ſine morborum cognitione nunquam mederi, uel ſanare poſſet; ideo in Prælato, ad hoc ut ſpiritualiter curare ualeat; tam ſpiritualis ſcientia, quā ſui populi ægritudinis cognitio, & ea praxis, qua remedia applicare ſciat, omnino requiritur. Vnde Prælatus quiſque ea ſcientia pollere, ſuāque uitā ita optimè componere tenetur, ut de omnibus ad munus ſuum ſpectātibus rationem red-
1.Pet.3. dere, & bonæ conuerſationis lumen ſubditis præbere poſſit: quia in primis Prælatorum officium eſt populum
Mala. 2. docere, qui legem Dei ex ore corū requirat. Quod Apo-
1.Tim.4. ſtolus, Timotheo ſcribens, diligenter ei cōmiſit dicens. Attende lectioni, exhortationi, & doctrinæ; inſta in illis.

liſ;& quæ ſequuntur. Propter quod etiam in Concilio Toletano quarto ſatis proſpectum eſt, ut omnes ſacerdotes, præcipue prælati, ſacras literas ſciant, eccleſiæ ordinationes agnoſcant, & omnis eorum ſtatus in prædicatione, & doctrina conſiſtat; ut ſic ſcientia fidei quam plurimos in bonorum operum diſciplina ædificent. Et hoc maximè ad Prælatos, & curatos ſpectare diximus; quia ſicut iam in eccleſia in ſimplici ſacerdote ordinando non tam excellens doctrina, quam pietas, & ſanctimonia uitæ reſpiciebatur; ita in Epiſcopo eligendo minimè ſufficere uiſum eſt, ſi is uitæ eſſet inculpatæ, & ſi ætatem ſuam ſine crimine tranſegiſſet, ſed etiam requirebatur, ut ſana doctrina exhortari, & eos qui cõtra dicunt arguere potens eſſet (ut Apoſtolus ad Timotheum dicebat) aliter uero, ſi Prælati tam iuxta ordinationis, quàm muneris ſui neceſſitatem non docebunt, de malè miniſtrata dignitate grauiter punientur, & omni merito ſui officij carebunt, tanquam Chriſti miniſtri non fuerint, ut (ſicut promiſit) eum in futura eccleſia ſequi poſſint. Vnde uni ex his Dominus per Oſee minabatur dicens. Quia tu repuliſti ſciẽtiam, repellam te, ne ſacerdotio fungaris mihi. Nam qui curandi officium ignorat, quomodo curabit? Propterea ipſe Dominus iterum per Ieremiam dicebat. Quare non eſt obducta cicatrix filiæ populi mei? Et per Iſaiam inquit. Vulnus, & liuor, & plaga tumens non eſt circunligata, nec curata medicamine, neque fota oleo. Quaſi dicat. Vulnus luxuriæ non eſt circunligatum faſciis continentiæ, neque etiam lumbi laſciuiæ per congrua remedia, ac ſpiritalem doctrinam præcincti; liuor auaritiæ, & inuidiæ pietatis, & charitatis medi

Concil. Tol.

Diſt. 58. c. ignorantia.

1. Tim. 3.

Oſee 4.

De æta. & quali. cle. cum ſit. Diſt. 43. ſit Rector.

Iere. 8.

Iſa. 1.

camine

camine non eſt curatus; & plaga tumens ſuperbiæ & iracundiæ ueræ humilitatis, & manſuetudinis oleo nō eſt fota: ſed omnes à minimo uſque ad maximum uulnerati, liuidi, & plagis horribilibus tumefacti iacent. Sed quoniam non ſatis eſt Prælato doctrina ſana, niſi etiam uita adſit religioſa; idcirco non minus eum bonis operibus ſubditos ædificare, quàm ſanis uerbis inſtruere operepretium eſt. Propter quod hic maximè patet, quàm onuſtam geſtent ſarcinam, & quàm urgens opus eos adimplere oporteat, qui cæteris præſunt; quia ſanctimonia uitæ, & integritate doctrinæ eos excellere conuenit; ut ſint ſal terræ, ciuitas ſupra montem poſita, & lucerna ſuper eccleſiæ candelabrum lucens & ardens; ſicut iam Chriſtus eos præmonuit; qui diſcipulis ac ſucceſſoribus ſuis dicebat. Sic luceat lux ueſtra coram hominibus, ut uideant bona opera ueſtra, & glorificent Patrem ueſtrum, qui in cælis eſt. Nam ſæpius euenit (ſicut ait Gregorius) ut cuius uita deſpicitur, illius etiam prædicatio contemnatur. Et quamuis (iuxta Seruatoris uerbum) ſana Prælatorum doctrina, & non uita mala attendenda ſit; nihilominus experientia uidemus, quòd exempla magis mouent, quàm uerba; & uirtutes magis quàm ſermones uitia corrigunt. Quare ſi Prælati ſubiectū ſibi populū uerè corrigere uelint, non minus uita quàm doctrina cū corripere ſtudeant, & magis opere quàm ore doceant; quia contraria contrariis, & uitia uirtutibus curantur: & ſicut medica arte (ait Gregorius) calida frigidis, & frigida calidis curari ſolent; ita Dominus noſter contraria peccatis medicamenta oppoſuit, ut lubricis cōtinentiam, tenacibus largitatem, iracundis manſuetudinem, & elatis humilitatem

Mederi debet etiā exemplo.

Matt. 5.

Grego. in Homil. euang.

Matt. 16. cap. uer. ſi quis uult.

tem præciperet; ita quòd humilis ſuperbum corrigit, manſuetus furioſum, miſericors impium & auarum, caſtus immundum, uerax mendacem, ſincerus duplicem, ſobrius guloſum, feruens ſpiritu acedioſum, charitatiuus inuidum, pacificus litigioſum, & ſic de ſingulis. Et hæc eſt ſeria prædicatio, & non ſolum uentoſa & uerbalis; hæcque doctrina, quæ non inflat, ſed ædificat, qua quidem doctrina, & prædicatione tum factis, tum uerbis inſtruente Apoſtoli totum mundum conuerterunt: et poſtmodum in mundo, iam charitate frigeſcente, beatus Baſilius, Benedictus, Auguſtinus, Franciſcus, Dominicus, & alii cõplures chriſtianam perfectionem rurſum ſuſcitauerunt. Vnde Apoſtolus dicebat. Sermo meus & prædicatio mea non in perſuaſibilibus humanæ ſapientiæ uerbis, ſed in oſtenſione ſpiritus & uirtutis, ut fides ueſtra non ſit in ſapientia hominum, ſed in uirtute Dei. Et iterum ait. Loquimur non in doctis humanæ ſapientiæ uerbis, ſed in doctrina ſpiritus, ſpiritualibus ſpiritualia comparantes. Et Dominus quoque per Ieremiam dicit. Nolite confidere in uerbis mendacij, dicentes, templum Domini templum Domini, templum Domini eſt; quoniam ſi benedixeritis uias ueſtràs & ſtudia ueſtra; ſi feceritis iudicium inter uirum, & proximum eius; aduenæ, & pupillo, & uiduæ nón feceritis calumniam, &c. Et poſt pauca ſequitur. Habitabo uobiſcum in loco iſto. Et Petrus ait. Non ſicut dominantes in clero, ſed forma facti gregis ex animo; hoc eſt, ex charitatis affectu exemplum uos ſubditis bonorum operum exhibentes. Et Paulus ſimiliter ad Timotheum Epiſcopum dicebat. Exemplum eſto fidelium in uerbo, in conuerſatione, in charitate, in fide, in caſti

1. Cor. 2.

Iere. 7.

1. Pet. 5.

1. Tim. 4.

tate. Et inde ſequitur. Attende enim tibi, & doctrinæ: inſta in illis. Hoc enim faciens, & teipſum ſaluũ facies & eos qui te audiunt. Et ideo media ad uirtutes, & remedia contra uitia ægre docebit, qui pro acquirenda uirtute nec pedem mouit, aque ob impugnandas proprias paſſiones, & uitioſas inclinationes regulandas, nũquam inſudare, uel ulla incommoda ſentire uoluit. Nam qua praxi in aliis quis ea uincere noſcet, à quibus ipſe ſemper uictus remanſit? & quis rectè in aliis ea curabit uulnera, quæ in ſeipſo putrida, & mortifera ſuffert? is enim ualde indecenter (ait Gregorius) mederi properat, qui in facie uulnus portat; hoc eſt,

Pſal. 49. qui peccata ſua ita notoriè patrare ſolet, ut perfrictam meretricis frontem iam præſeferat. Vnde Dominus per prophetam dicebat. Quare tu enarras iuſtitias meas, & aſſumis teſtamentum meum per os tuum? tu uero odiſti diſciplinam, & proieciſti ſermones meos

Diſtin. 38. per to. retrorſum? ſi uidebas furem, currebas cum eo, & cum adulteris portionem tuam ponebas, & reliqua. Propter quod hic duo eſſe uidemus, quæ medelam in animabus maximè impediunt, & prælatos ad animarum curam ineptos reddunt; hoc eſt, ignorãtia, & mala uita. Vnde ii uel tanquam cæci, & duces cæcorum meritò repellen

Lu. 4. 6. di ſunt, uel eis facilè euangelii uerba obiiciuntur dicen

Matt. 7. tia. Medice cura teipſum; & eijce primum trabem de oculo tuo, & tunc rectè feſtucam trahes de oculo fratris tui. Sed præterea tam ex præmiſſis, quàm ex ſequẽtibus palam erit, quomodo Prælatus non ſolum medẽdi, uerum etiam paſcendi, atque regendi gregem Chriſti curam habere debet. Nam quemuis Prælatum, pro ſui regiminis portione, ſicut & Petrum, pro ſuæ poteſta

Prælatus ſubditos paſcere, et regere debet.

tis

tis plenitudine, Chriſti uerba mouere debent, dum ipſi
Petro dixit. Paſce oues meas. Quia Chriſti intentio Ioan. c.ul
erat, ut tam à particularibus, quàm ab uniuerſali Pa- timo.
ſtore oues paſcerentur. Cumq́ue ueritas ipſa Petro, ut
Paſtori, dixerit. Paſce oues meas; ergo omnibus eccle Mar. 13.
ſiæ Paſtoribus (ſalua ſemper iuriſdictionis ſerie) oues
paſcendas commiſit: eadem, ſcilicet, ſtante ſubiecta ma
teria. Nanque quod uni, ut tali, dicitur, omnibus, ut ta
libus, dictum eſſe reputatur. Et id planè non oſcitãter,
ſed ſerio quidem, & cum ingenti ſtudio prolatum fuit:
quoniam hoc idem ter Dominus replicauit, ſemper te-
neros, & imperfectos agnos, ſiue oues paſcuæ eius iam
fructiferas ſuo in terris uicario commendans; ut is tum
eas paſceret, tum etiam regeret. Quia ſecundo loco
Chriſtus ait (ut græca litera habet) ποίμαινε τὰ προβατά μου.
Quód ſi interpreteris, idẽ ſonat, quod rege oues meas:
nam ποιμαίνω utrunque ſignificat, & paſcere, ſcilicet, & re
gere. Nec quis ibi calumniari poteſt, quin Dominus du
plici uerbo uſus ſit; bis nimirum dicit βόσκε, quod eſt,
paſce: & ſemel ποίμαινε, quod eſt, uel rege, uel paſce.
Quod quidem uerbum etiam in ſecundo pſalmo habe
tur, ubi dicitur. Reges eos in uirga ferrea. Ibi enim græ
cè ſcriptum eſt ποιμανεῖς. Similiter & in Apoſtolorum Act. 20.
actis, dum Apoſtolus ait. Attendite uobis, & uniuerſo
gregi, in quo uos ſpiritus ſanctus poſuit Epiſcopos re-
gere eccleſiam Dei, ibi pro uerbo regere, græcè habe-
tur ποιμαίνειν. Præterea uerba Petri ſic traduxit Hierony
mus ad Euagrium dicens. Præsbyteros in uobis precor Hiero.
compræsbyter, & teſtis paſſionum Chriſti, & futuræ glo 1. Pe. 5.
riæ, quæ reuelanda eſt, particeps, regite eccleſiam Chri
ſti. Vbi græcè ſcribitur ποιμαίνετε. Quapropter iis uerbis

DD iam

iam præmiſſis, principaliter Petro, & Prælatis aliis ſecundario, tam curam, quàm regimen, atque iuriſdictionem ſuper gregem ſuum Dominus tribuit; ac inſuper manifeſtè oſtendit tum eximiam in illo, qui eligendus eſt Paſtor, Chriſti dilectionem requiri; tum etiam Paſtoris negotium, munusque primò, ſecundò, & tertiò in hoc ipſo uerſari, ut eccleſiam paſcat, & regat. Et licet eo in loco de ſummo Pontifice, reſpectu uniuerſalis eccleſiæ, præciſè uerba fieri contigerit; attamen (ut dictum eſt) etiam ad Epiſcopos, quibus particulares eccleſiæ creditæ ſunt, ex eiuſdem paſtoralis muneris administrandi ratione (licet uaria dignitatis ſerie) Chriſti ſermo non incongruè referri poteſt: quippe qui tam Apoſtolis cæteris, quò ad partem ſolicitudinis, & regiminis; quàm ſoli Petro, quò ad plenitudinem poteſtatis, paſtoratus officium ſuper eccleſiam ſuam diſtribuit; atque ea protulit uerba, non ſolum, ut Petri pontificatus creationem continent; ſed etiam, ut exactam ſui muneris functionem deſignant; & prout, eo reſpectu, cuiuſcunque Epiſcopi officium denotant. Quod &

Act. 20. 1.Pe.5. præallegata Apoſtoli uerba de eccleſiæ regimine loquẽtia affirmant. Atque etiam præmiſſa Petri ſententia exprimit; dum ait. Paſcite, ſiue regite qui in uobis eſt, gregem Dei. Ita quòd ſicut ex dicto Chriſti ſummus Pontifex ſuper uniuerſalem eccleſiam præſulatum, iurisdictionemque in uniuerſali regimine tenet; ita tã ex Chriſti, quàm ex Petri, & Pauli Apoſtolorm uerbis Epiſcopi peculiaris populi ſibi crediti curam, regimen, atque iu-

Prælati cura qualis. riſdictionis poteſtatem habere dicuntur. Et quia eorũ regimen paſtorale eſt, qui & regere, & paſcere ſimul tenentur; hinc eſt quòd tota cura illa ad ſubditi gregis,

non

non ad ſui beneficium tendere debet;ita quòd ii tum in duſtriam,tum labores,tum etiam uitam ipſam (ſi oporteat) pro ſubditorum ſalute ponere parati ſint. Atque 1.Ioan.3.
ideo regimen hoc,non,mundanorum Principum more, exerceri congruit, qui populis dominantur & imperãt, atque ab eis timeri potius,quàm amari curant:ſed eos, qui in eccleſiæ adminiſtratione præcellunt,decet,ut forma,& exemplum gregis facti, in ſola charitate totũ eorum negotium firmantes,tanquàm miniſtri aliorũ ſint; 1. Pe. 5.
qui non ex ambitione honoris,ſed ex uocatione Dei,& ex deſiderio oneris; non tam utilitatem uel dignitatem Epiſcopi, quàm epiſcopatus opus attendentes; & non ex proprio amore, ſeu turpis lucri gratia(ut Petrus ait) Ibidem.
ſed ex Chriſti dilectione, & lucri animarum,diuinique honoris reſpectu operantes,bonorum morum ueſtigia ſubditis relinquant; & non tam ſui muneris authoritate,& iuriſdictione, quàm etiam uitæ probitate & perfectione emineant; atque proprias oues non ſolum ex facie,ſed ex nomine particulariter agnoſcant; & non tan Ioan. 10.
tum exteriori apparentia,& nominatione,ſed etiam intima tam faciei animæ (hoc eſt,conſcientiæ) quàm chriſtiani nominis obſeruantiæ examinatione, atque cognitione diſcernant. Vnde ſingulos ſubditos nominatim uocare ſciant, ſingulorum ſcilicet ſolicitudinem gerendo,& unicuique ſigillatim proſpiciendo,errantes ad rectam ſemitam reuocando,debiles ſuſtinendo, infirmos Eze. 34.
curando,ſanos & fortes conſeruando,& in nulla re,quæ ſui muneris ſit, deficiendo. Nam regimen iſtud eò maiori diligentia & circunſpectione indiget, quò non ſolum Paſtoris eſſe dicitur reſpectu ouium Chriſti, ſed & ſponſi miniſterium eſt reſpectu ſponſæ eccleſiæ, quam *Prælatus ſponſus.*

Prælatus, ut ſponſus, pro ſuæ ſolicitudinis portione, & diligere, & fouere, & ut proprium corpus, imò ut propriam animam cuſtodire tenetur; cum hæc non carnalis, ſed ſpiritualis ſponſa ſit, quæ tanto charior, & prætioſior eſſe debet, quantò nobilior, & Chriſto proximior. Atque tandem eò diligentiorem curam munus hoc exigit, quò ut capitis regimen, reſpectu membrorum Chriſti, eſſe denotatur: cuius quidem capitis officium eſt, non ſolum inferioribus membris ſuperintendere, & præeſſe; ſed ſuæ uirtutis adminicula diſtribuere, ac ſalubres influxus iugiter afferre, & ſingulis, iuxta eorum diſpoſitionis capacitatem, atque proprii officii qualitatem, omnem perfectionem infundere, & continua gubernatione proſpicere, atque defenſionem, & cuſtodiam adhibere. Et quia Prælatum non ſolum ſubditos regere, ſed etiam paſcere debere Chriſti uerba affirmant (ut dictum eſt) ideo tum ſpirituali, tum corporali quoque pabulo ægentibus ſubditis ſubuenire cum oportet. Vnde Petrus ait. Paſcite eum qui in uobis eſt, gregem Dei. Multifariè autem Epiſcopi ſubditos ſuos fouere, & paſcere tenentur: nam ſuper præaſſertis Domini uerbis dicentis ad Petrum. Paſce oues meas, ait Bernardus. Paſce exemplo conuerſationis; paſce uerbo prædicationis; paſce fructu orationis; paſce (inquam) pabulo temporalis ſubuentionis. Vnde non tam paſci, quàm magis paſcere omnibus modis eccleſiæ Paſtorem decet, cum id etiam uocabulum ipſum ſonet; atque præallegata Domini uerba atteſtentur; ex quibus (ait idem Bernardus) cum tertiò dictum eſſe audias, paſce; nec ſemel tamen uel munge, uel tonde prolatum fuiſſe apparet: imò

Colo. 1.

Prælatus caput.

Ephe. 5.

Prælatus paſtor, quomodo paſcere debet.

1. Pe. 5.

Ioan. 21.

Bernar.

imò non otioſè ante illa uerba ſæpe à Chriſto repetitũ eſt: Petre amas me? quaſi diceret Dominus, Niſi teſtimonium tibi perhibeat conſcientia, quòd ualde perfectè ames me, & mea, pluſquam tua, pluſquam tuos, & pluſquam te, curam hanc animarum nequaquam ſuſcipias. Et propterea Dominus per Ezechielem dicebat. Væ Paſtoribus, qui paſcunt ſemetipſos. Væ uæ (ait deuotus Doctor) credite mihi, quia mors eſt in olla carnium; mors in delicijs tuis, o Prælate, qui teipſum, & non Chriſti gregem paſcis, atque populi peccata comedis, ac ſi propria minus tibi ſufficere uideantur. Vnde & Gregorius de talibus ait. Animæ pereunt, & ipſi de temporalibus commodis lætantur. Et Zacharias ad Deum uerba dirigens dicebat. Paſce pecora occiſionis, quæ qui poſſederant occidebant, & non dolebant, & uendebant ea dicentes. Benedictus Dominus, diuites facti ſumus. Quapropter quòd Prælatus in primis ſubditum gregem tam uerbo ſanæ doctrinæ, quàm piæ conuerſationis exemplo paſcere debeat, iã in præmiſſis oſtendimus, ubi non ſolum pabulum (ut hic conſideratur) ſed etiam medicamentum animarum hæc duo eſſe probauimus. Quòd autem ea dulce, atque ſalubre animarũ pabulum ſint, tota ſcriptura teſtatur. Nam Dominus per Ezechielem ait. In paſcuis uberrimis paſcam eas in montibus excelſis; hoc eſt, paſcuis ſublimibus ſcripturarum, atque cæleſtium uirtutum exemplis, quæ in ſanctis eccleſiæ Prælatis reſplendent, cibabo eos. Et per Ieremiam dicit. Dabo uobis Paſtores ſecundum cor meum, & paſcent uos ſcientia, & doctrina; hoc eſt, tam praxim, quàm theoriam ſpiritualem uos docebunt. Ac præterea per Malachiam, Labia (inquit)

Eze. 34.
4. Re. 4.
1. Tim. 5.
Grego.
Zacha. 11.
Pabulum animarũ eſt Verbũ Dei, & Prælatorũ exempla.
Ezec. ubi ſupra.
Iere. 3.
Mala. 2.

(inquit) ſacerdotis cuſtodiunt ſcientiam, & legem requirunt ex ore eius (uidelicet ſubditi) quia Angelus Domini eſt. Et tales ſunt, qui ea quæ dicunt faciunt, & moribus, & uerbis ſubditos inſtruunt, & nutriunt. Et hinc eſt, quòd ſupra primos illos eccleſiæ Paſtores in linguarum ignitarum ſpecie ſpiritus ſanctus inſedit; quo quidem facto Dominus indicauit Apoſtolos ſuos
Act. 2. tam ardentis charitatis ignitis operibus quàm lumine ſapientiæ claris ſermonibus mundum mox enutrituros fuiſſe; & ad Chriſtum reducturos: atque itidem Domi-
Ioan. 5. nus ipſe Ioannem Baptiſtam præcurſorem ſuum lucernam tam ardentem in ſe ſanctimonia uitæ, quam cæteris ueritate doctrinæ lucentem appellauit. Ac inſu-
Exo. 28. & 29. per, propter hoc indicandum, Dominus in Exodo Moſi præcepit, ut ſacerdos tabernaculū ingrediens aureis tintinnabulis circundatū portaret ueſtimentum, ut ſonitus audiretur quando ingrederetur ſanctuarium in conſpectu Domini, & non moreretur. Per quod (teſte Gregorio) denotatur, quòd Epiſcopus uoces prædicationis, & publicæ & priuatæ monitionis emittere debet; ne ſuperni inſpectoris iudicium ex ſilentio offendatur, & ſacerdos ipſe moriatur; quia tunc Epiſcopus moritur, ſi de eo bonæ doctrinæ ſonitus non auditur; & iram contra ſe occulti iudicis exigit, ſi ſine prædicationis ſonitu incedit. Valde congruè autem Pontificis ueſtimentis aurea tintinnabula per circuitum inſerta deſcribuntur: quia ſacerdotum ueſtimenta bona opera ſunt; & ſicut ueſtimentis corpus, ita moribus anima induitur; ſi-
Pſal. 131. cut propheta denotat, dum ait. Sacerdotes tui induantur iuſtitiam. Veſtimentis itaque Epiſcopi tintinnabula inhærent, cum uiam uitæ, chriſtianamque diſciplinā
cum

cum linguæ ſonitu ipſa quoque ſacerdotis opera clamāt,& prædicant. Propter quod Apoſtolus Epiſcopum 2.Tim.3. et 4.
Timotheū docebat nō ſolum uerbis, ſed conuerſatione 1.Tim.6.
quoque ſuis ſubditis prædicare;& ſermonibus, & exem Ephe.4.
plis eos paſcere. Et alibi per capitula apoſtolicæ regulæ conditiones,& onera epiſcoporum declarat; atque Epiſcopū doctorem eſſe, & in ſana doctrina docere debere frequenter aſſerit; ut & omni poſcenti rationem reddere (ut Petrus ait) & contradictores ueritatis ualidè argue 1.Pe.3.
re poſſit: atque ſimul exemplaris uitæ qualitates ſibi cōpetentes aſſignat, per quas uerba operibus confirmet: aliter uero facientes canes impudici, & canes muti, nō ualentes latrare, à Deo per prophetam Iſaiam uocan- Iſa. 56.
tur. Et quamuis Epiſcopus pabulum temporale per alium ualeat miniſtrare, cum maxime per tale miniſterium à ſpiritualium adminiſtratione præpediretur; ſpiritualem nihilominus cibum per ſeipſum miniſtrare de Diſt. 83.
bet: nam Petro à Domino in præmiſſis uerbis ſæpe re- nemo.
petitum fuit. Paſce oues meas. Et Epiſcopis per ipſum
Petrum conformiter dictum eſt. Paſcite, qui in uobis 1.Pe.5.
eſt, gregem Dei; hoc eſt, uos ipſi paſcite. Et id nimirum euenit, quia non ob aliud Paſtores conſtitui ſolent, niſi ut greges paſcant; & hi qui ſpirituales paſtores ſunt animarum, ut ſpirituali cibo paſcant, & tantò diligentiori cura,& intenſiori affectu per ſeſe gregi inuigilent, & congrua, & opima paſcua illi præbeant, quantò magis ſpiritualia temporalibus, & homines ouibus præſtant. Sic enim ſæpius Dominus per Ezechielem doce- Eze.ſup.
bat, & paſtores ſuos monebat, quos quidem propriæ oues ſequuntur, agnoſcunt, & eorum uocem audiunt; non alienorum, qui mercenarii ſunt, & ad temporale

ſtipendium

ſtipendium magis quàm ad animarum lucrum attendunt; ut Seruator noſter ait. Et quamuis aliquando eueniat, ut Prælatus iuſto impedimento per ſeſe gregi ſuo prædicationis pabulum præbere non ualeat, ſed per alios idoneos miniſtros id efficiat; congruit tamen, ut tanquã ſui zelator gregis præſens adſit (ut quidam rectè, & ſenſatè affirmant) & ſano ſuo iudicio, & authoritate ſuauiora, ſecuriora, atque utiliora ouibus ſuis paſcua ſubminiſtret; neque etiam à priuatis ſanctæ doctrinæ colloquijs, quantum poterit, propterea deſiſtere

Prælatus oratione paſcere debet. ſibi fas erit. Præterea orationis fructu paſcendos eſſe greges à ſuis Prælatis diximus. Nam Epiſcopus, ſiue curatus quilibet cogitare debet, iam publicum ſe eſſe eccleſiæ miniſtrum; qua re nunquam debet tum ab oratione, tum ab uniuerſo ſuo officio decedere; quia aliter non ſolum in ſeipſum, ſed in totam eccleſiam peccabit. Huiuſmodi autem Prælatorum orandi miniſterium apud Deum qualis & quantæ efficaciæ eſſe deberet, Moſes oſtendit, cum pro populo ſibi cõmiſſo orans

Exo. 32. dicebat. Domine uel dimitte noxam populo huic, uel deleas me de libro quem ſcripſiſti. Et idem oſtendit, cum apertis brachiis contra Amalec orando pro populo

Nu. 16. lo uincebat. Et Aaron quoque præcipuum muneris huius exemplum tulit, cum, percutiente Domino populũ, ipſe inter uiuos, & mortuos medius ſtetit, ſerioque Do

1. Par. 21. minum pro pópulo orauit. Præterea, orantibus ſacerdotibus, Dominus aduerſarios omnes regis Ioſaphat perculſit. Orante etiam Eliachim ſacerdote cum ſuis, data

Iudit. 4. eſt gratia Iudit Holofernem occidendi. Oniæ quoque

2. Ma. 3. Pontificis oratio, ac omnium ſacerdotum tantum ua-

1. Re. 12. luit apud Deum, ut Heliodorus à Domino grauiter affligeretur.

fligeretur. Hinc Samuel populo dicebat. Abſit hoc à me, ut ceſſem orare pro uobis. Et Apoſtolus Paulus pro eccleſiis ſibi creditis die, noctuque cum lacrymis orare non ceſſabat(ſicut ipſe teſtatur)& anathema quoque pro fratrum ſuorum ſalute fieri optabat. Atque ob id peccata populi ſacerdotes comedere dicebat Oſee propheta; quia ipſi pro populo interpellant,& ſuis precibus peccata delent, & conſummant. Ac inſuper Iohel paucis uerbis magnam orationum ſacerdotum pro populo ſuo deprecantium efficaciam complexus eſt, dum ait. Inter ueſtibulum, & altare plorabant ſacerdotes dicentes. Parce Domine, parce, & miſerere populi tui. Quapropter ſi ſic in officio ſuo ſe Prælati gererent, gratiam utique à Deo, & à populis honorem & reuerentiam, atque de rectè adminiſtrato munere æterna præmia in futura uita conſequerentur. Sed quàm parcè, quàmque imperfectè hoc precum miniſterium hodie ſuper Chriſti gregem exerceatur; quàm raró gementium uoces Prælatorum ſuper errantes, uel uulneratas oues audiantur in cœlis; & quàm parum modo inter ueſtibulum & altare, uel in domibus, uel in eccleſiis ſacerdotes plorare uideantur; cum tamen undique gemendi cauſæ urgeant in tam miſerrimo ſæculo, & tanta ouicularum Chriſti ſtrage, certè nos dicere pudet. Propter quod ſæpe uocem illam Domini in cordis aure ſentimus, qua nobis ſacerdotibus, atque Prælatis omnibus per Ezechielem ait. Non aſcendiſtis ex aduerſo, neque oppoſuiſtis murum pro domo Iſrael, ut ſtaretis in prælio in die Domini. At uerò debent tandem Prælati miſerum illum à latronibus ſpoliatum, & ſemiuiuum reli-

1.Cor.1. Actorum 20. Roma. 9. Oſee 4. Iohel 2. Eze. 13.

Prælatus ſubditos dupliciter ueſtire debet.

 ctum,

ctum, atque ſibi à pio Samaritano commiſſum non ſolum mederi, & paſcere; ſed etiam tum ſpiritualibus uirtutum ueſtimentis, tum etiam corporalibus induere, cum ſæpius de hoc omnibus præceptum à Do-
Iſa.58. mino ſit. Vnde ait ipſe Dominus per Iſaiam. Frange eſurienti panem tuum; & ægenos, uagosque induc in domum tuam; cum uideris nudum, operi eum, & car-
Tob.4. nem tuam ne deſpexeris. Et in Thobia ſcriptum eſt,
Luc.3. De ueſtimentis tuis nudos tege. Et Præcurſor Domini in Lucæ euangelio ait. Qui habet duas tunicas det non habenti; & qui habet eſcas, ſimiliter faciat. Ideoque ſi uniuerſis id præcipitur, eò magis Prælati ipſi, quibus omnimoda, exactaque tum ſpiritualis, tum corporalis cura gregis eximia inſtantia à Chriſto mandata eſt, tale pium opus erga ægentes ſubditos exequi tenentur; & ſi non multi (proh dolor) Curati, aut beneficiati in eccleſia hodie appareant, qui uulnerato medicamentum adhibeant; famelicũ paſcant; & ſpoliatũ induant; ſicque
Lu.10. Samaritanũ Chriſtum imitentur, qui cũ miſerrimo illo miſericordiam fecit: ſed ſunt qui duobus ſibi exhibitis ab ipſo Samaritano denariis (hoc eſt duabus clauibus
Di.20. eccleſiæ ſibi traditis) abutentes, ne dum pro zelo ſui re-
1. giminis, & pro perfectione ſuæ adminiſtrationis, ali-
14.q.1.c. quisquis cum ſeq. quid non ſupererogant, euangelica, ſcilicet, conſilia obnixè ſeruando; ſed nec urgentia Chriſti præcepta, nec neceſſarium eorum officium exequi ſtudent. Quibus quidem ſatis poteſt dicere Chriſtus. Curam illorum habete; quia ipſi nihilominus non curabunt. O utinam (inquit Bernardus) Prælati tam uigiles reperirentur ad curam, quàm alacres currunt ad cathedram. Nulli etenim dubium eſſe debet, quòd qui Paſtores ſunt anima-
rum,

rum, eos quoque corporum Paſtores eſſe deceat, ſi neceſſitas adſit, & facultas ſibi ſuppetat. Nam qui proptias animas pro ouibus ponere obligantur, nil mirum eſt, ſi multò magis bona temporalia earum neceſſitati exponere, uel ab aliis ſaltem (ſi ipſi non habeant) ſubuentiones tales procurare teneantur; ſicut & Apoſtolus Paulus ex abundantia aliorum aliorum penuriæ ſubueniri curabat, monebatque, dũ ad Corinthios ſcriberet. Nam certe non ſolum ex communi lege charitatis, ſed ex proprii quoque muneris obligatione hoc ipſum Prælatis competit; qui patres pauperum dicũtur: atque eos uelut patres filiis ſuis ſpiritualibus theſaurizare congruum eſſe dicit Apoſtolus; unde neceſſitatem tribuant patientibus, & (iuxta ſacrorũ Canonum ſanctiones) boni & diſcreti ſint bonorum ſibi creditorum diſpenſatores: ut (uidelicet) partim ſibi & ſuæ regulatæ familiæ; partim eccleſiæ utilitati, partimque paupe rum ægeſtati ea diſtribuant: propter quòd à Domino tandem, ut fideles ſerui, & prudentes bonorum ſuorũ diſpenſatores in gloriam illius introduci mereantur. Quia nimirum res eccleſiarum pauperum patrimonia ſunt: & qui ad aliorum regimen aſſumitur ſe obligat, ut quibus æterna prædicat, etiam temporalia ægentibus ſubminiſtret, cum incomparabiliter longè melior ſit anima, qua uiuimus, quàm terrena ſubſtantia, quã exterius poſſidemus. Vnde Vrbanus ille Papa, & martyr, qui anno Domini circiter ducenteſimo uigeſimo quarto eccleſiæ cathedram tenuit, tum exemplis, tum uerbis eccleſiæ Prælatos ad fidelem hanc diſpenſationem, debitumque eorum munus hortabatur: cuius quidem decretalis epiſtola extat ad uniuerſos Epiſcopos ſcripta,

2. Cor. 8.

2. Co. 12.

Ephe. 4.

Matt. 24. Lu. 12.

12. q. 1. Epiſcopus eccleſiarum. & c. quia tua. & c. nolo.

Vrba I. Papa. 16.

atque haud dubiè paulino ſpiritu dignas per quam ſtatuit, ut fidelium oblationes eccleſiis matricibus per Epi-
14.q.1.ui dentes autem. ſcopos iuxta neceſſitatem fidelium diſpenſandæ relinquantur. Atque in eadem refert, quòd in exordio naſcẽtis eccleſiæ, cum fideles uniuerſi uẽderent omnia, quæ
Act. 4. poſſiderent, & pretium eorum ad pedes Apoſtolorum ponerent (ut in eorum actis legitur) tunc uidentes ſummi ſacerdotes, Leuitæ, & reliqui fideles, plus utilitatis afferre poſſe, ſi hæreditates, & agros, quos prius uendebant, eccleſiis (quibus Epiſcopi præſidebant) traderent, eò quòd ex eorum ſumptibus tam præſentibus, quàm futuris temporibus plurima, & elegantiora poſſent fidelibus miniſtrare, quàm ex eorum pretio: hinc cæperunt prædia, & agros, quos uendere ſolebant, matricibus eccleſiis tradere, & de redditibus eorũ uiuere; ipſæ uerò res in ditione ſingularũ diocœsũ Epiſcoporũ (qui locũ tenent Apoſtolorũ) erant, & ſunt uſque adhuc, & futuris temporibus ſemper eſſe debent, è quibus Epiſcopi, & fideles eorũ diſpenſatores omnibus communem uitam degere uolentibus miniſtrare cuncta neceſſaria debent, prout melius potuerint, ut nemo in eis ægens inueniatur. Ipſæ enim res fideliũ oblationes appellantur, quia Domino offerũtur. Nõ ergo eæ debent in aliis uſibus, quàm eccleſiaſticis, & prædictorũ chriſtianorũ fratrũ, uel indigentiũ cõuerti (ait Vrbanus) quia uota ſunt fideliũ, & pretia peccatorũ, & patrimonia pauperũ, atque ad prædictũ opus explẽdũ Domino traditæ. Si quis autem (quod abſit) ſecus egerit, uideat ne Ananiæ, & Saphiræ dãnationem ſubeat, & ſacrilegii reus efficiatur, ſicut illi effecti ſunt, qui prædictarũ rerũ pretia fraudauerunt (ſicut in Apoſtolorum actis conſtat) Et inde ſanctus

ctus ipſe martyr,& Pontifex ſubiungit dicens. Hæc igi A ct.5.
tur fratres, quæ Ananias,& Saphira paſſi ſunt, ualde ca 12.q.1.res
uenda ſunt,& timenda: quia res eccleſiæ non quaſi pro eccleſiæ.
priæ, ſed ut communes, & Domino oblatæ ſummo ti-
more non in alios, quàm in præfatos uſus, ſunt fideliter
diſpenſandæ, ne ſacrilegii reatum incurrant, qui eas in-
de abſtrahunt, ubi traditæ ſunt; ne pœnam, & mortem
Ananiæ,& Saphiræ incurrant,& (quod peius eſt) Ana-
thema, Maranatha fiant: & ſi non corpore, ut Ananias
& Saphira, mortui ceciderint, anima tamẽ (quæ potior
eſt corpore) mortua & alienata à fidelium conſortio ca
dat,& in profundum barathri labatur. Et propterea sũ
mopere nobis hodie dolendum eſt, quia à multis ſola
uerbalis,& perfunctoria,& non ſeria, & aſſidua ſubdi-
torum cura habetur. Vnde tam ſpirituali, quam corpo
rali fame multi pereunt,& non eſt qui aſpiciat; & cum
meſſis copioſa ſit, meſſores quidem pauci, comeſto-
res autem plurimi apparent. Sed & paruuli petierunt Iere.51.
panem,& non eſt qui frangat eis:& ſunt qui ſanari deſi
derant, ſed non inueniunt curatorem. Nam, paucis il-
lis exceptis, quos ſibi Dominus reliquit, & qui genua 3.Re.19.
ſua nõ curuauerunt ante Baal, nec Mammonam adora Matth.6.
uerunt,& quorum præſidiis Petri nauicula inter fremẽ
tis huius pelagi procellas reſpirat: quis hodie Samari- Lu.10.
tanus (hoc eſt cuſtos) Prælatus uulnerati ſubditi uulne
ra ligare, atque illi uinum ſapientiæ, & oleum pietatis
propriis manibus infundere ſatagit? quis ſecum miſe-
ricordiam facit? quis laboribus,& expenſis non parcit,
ut eum reducat in ſtabulum (ad exemplum Chriſti) ubi
mãſueta animalia paſcuntur? aut quis ſtabularius, cui
ipſius miſeri cura commiſſa eſt, ei aliquid ſupererogat,

&

& ex animarum zelo, & Chriſti amore, ultra debitam
curæ ſolicitudinem deſiderium,& uires extendit? Quis
(inquam) animarum rector hodie cum infirmo ſubdi-
2. Co. 11. to infirmatur? Quis cum ſcandalizato uritur? Quis pro
Roma. 9. ſibi ſubditis fratribus cũ Apoſtolo anathema fieri exo-
Exo. 32. ptat? Quis hodie cum Moſe petit de libro uitæ deleri,
aut noxæ ueniam à Domino ſubditis ſuis indulgeri? &
quis bonus Paſtor pro ouibus ſuis animã ſuam ponit?
Ioan. 10. Nam (ut dictum eſt) bonus Paſtor non ſolum ægrotan-
tia pecora uiſitat, diſperſa perquirit, derelicta recolli-
git, laſſa ſuſtentat, fouet, nutrit, dirigit, & cuſtodit,
ſed etiã labores, induſtriam, uitamque ipſam pro eis po
nit. Bonus paſtor quoque non lac, & lanam (hoc eſt, uti
le, & honorem) ſed ouem diligit, & attendit: boniq́ue
paſtoris eſt (iuxta uulgatum prouerbium) tondere pe-
cus, non deglubere. Quia non populi datum (ait Ber-
nardus) ſed animarum lucrum bonus Prælatus requi-
Sueto. de Tybe. rit. Bonus paſtor præterea non ſibi gloriam Dei uſur-
Ber. in pat, neque acceptum talentum ligat in ſudario ſed nu-
Ser. ſuper uerſ. Di- mularijs partitur, à quibus uſuras recipit non ſibi, ſed
xit Simõ Domino. Bonus paſtor foueas non habet, ut uulpes; ne
Petrus. que, ut uolucres cæli, nidos; neque, ut Iudas, loculos
Ioan. 5. 7. Lu. 19. tenet, & bona Chriſti malè uſurpat, & diſsipat: imò cũ
Matt. 25. ipſo Ieſu, & cum Maria Virgine, nec proprium locum
& c. 8. habet in diuerſorio; & tantummodo intimæ pietatis,
Luc. 9. Ioan. 12. & ſinceræ charitatis bono gloriatur; & lac, & lanam, &
& 13. quicquid pecoris eſt, ut fidelis diſpenſator (ſecundum
Luc. 2. Domini ſui præceptum) diſtribuit; atque charitatem,
Ber. in e-pi. ad Hẽ quam lingua loquitur, moribus etiam & uita fatetur.
ricum Ar Nam ſicut uerax, & iuſtus dici, & gloriam Dei quærere
chiep. Se no. non poteſt (teſte Seruatore) niſi qui propriam perfectè
oan. reſpue-

reſpuerit;ita non ualet pure uel Dei, uel proximi lucra quærere,qui propria nō contempſerit. Quot enim ſunt hodie,qui ſi non animam,ſaltem labores,aut bona ſaltem temporalia,pro ouibus ſibi ſubditis exponāt? Vbi ſunt,qui cum patriarcha Ioſeph frumenta populis diuidant? Quis cum Iob uociferantem pauperem & pupillum,cui non erat adiutor,liberare ſtudet?& eſt oculus cæco, & pes claudo,& pater pauperū, & mœrentiū conſolator? Et quis cum eo gemit cum afflicto, & animæ pauperi compatitur, & oſtium domus ſuæ ſemper patens uiatori exhibet? Et quis inſuper Prælatorum cum Moſe dicere audebit. Tu ſcis Domine, quod nec aſellum quidem unquam acceperim ab eis,nec afflixerim quenquam eorum? Et cū iuſto Samuele quis ſubditis ſuis ſerena conſcientia dicet. Loquimini de me coram Domino,& coram Chriſto eius, utrum bouem cuiuſquam tulerim,aut aſinum;ſi quempiam calūniatus ſum;ſi oppreſſi aliquem; ſi de manu cuiuſquam munus accepi; & contemnam illud hodie, reſtituamque uobis? Et quis Præſidentium ſubditis ſuis ſatis tum doctrina, tum uitæ exemplo correctis dicere audet cū Apoſtolo. Conteſtor uos hodierna die, quod mundus ſum à ſanguine omnium; non enim ſubterfugi, quominus annuntiarem omne conſilium Dei uobis? Et inde ſequitur. Propter quod uigilate memoria retinentes,quoniam per triennium nocte,& die non ceſſaui cum lacrymis monere unumquenque ueſtrum. Et poſt pauca ſubdit. Argentum, & aurum, aut ueſtem nullius cuncupiui; ſicut ipſi ſcitis: quoniam ad ea, quæ mihi opus erant, & his, qui mecum ſunt,miniſtrauerunt manus iſtæ. Et quis tandem Paſtorum animarum hodie

Gene. 41. Iob. 29. 30. & 31. Num. 16. 1.Re. 12. Act. 20.

Diſt.86. non ſatis. in fi. in inuidiam maiorum incidit, pro eo quod cum Ambroſio myſtica uaſa fregit, & captiuos redemit, atque
12.q.2.c. aurum. cum ſeq. ea conflata egentibus diſtribuit, ut & ſacri canones hortantur? Et ubi Paulinum Nolanum Epiſcopum ſeſe pro filio uiduæ parochianæ ſuæ redimendo Vanda-
Grego. in Dialo. lis uendentem inueniemus? Heu miſerum chriſtianæ
Diſt.43. Epheſiis. reipublicæ ſtatum iam in humilitate, paupertate, atque charitate fundatum; & nunc in ambitione, diuitiis, & deliciis mūdi, atque in multiplici animi cupiditate turbatum, dum multi ſub crucis uexillo inimici crucis
Philip.3. Chriſti ſunt; quorum Deus uenter eſt, & gloria in confuſione eorum; qui terrena ſapiūt, & quæ ſua ſunt quæ
Philip.2. runt, non quæ Ieſu Chriſti. Ecce quot infirmi, & imbe-
1.Co.8. & 10. cilles Paſtorum incuria, uel malo exemplo pereunt;
Matth.7. pro quibus Chriſtus mortuus eſt. Nam flores, & fructus
6.q.1.c.ex merito. ex ſtirpe; & ex ſtomacho, & capite cætera corporis membra, & uigorem, & fomentum recipiunt, & benè,
De uo. & uo. red. magnæ. uel malè afficiūtur. Sed quid inter hæc? quid (inquam) nobis reſtat agendum, niſi ut manus mittamus ad fortia; & radicem arboris curemus, & irrigemus; curemus uitæ reformatione, & irrigemus lacrymis, & oratione? Quid, niſi ut militantis Eccleſiæ ſtomacho medela adhibeatur; & ægris capitibus ſanitas procuretur; unde membra cætera facilius releuentur, uehementius excitentur, & utilius reformentur? Nam & ſi ad ea, quæ Prælati dicunt, non ad ea quæ faciunt, dominico præcepto ſubiecti obligentur: attamen perfacilis modus hic eſt ſubditos ipſos corripiendi, ſi amor magis quàm timor, & exemplum potius quàm præceptum eis proponatur: Quia cum miles Ducem in conflictu præcedentem cernit; cum diſcipulus magiſtrum ſeſe in opere præuenientem;

tem; & filius patrem bonis actibus geſtientem, atque in re aliqua grauiter ſe gerentem uidet: tunc ii non ſolum obedienter, ſed & hilariter, & feruenter operantur; & ſuorum actus maiorum non imitari uerecundantur. Sic etenim per bonam uitæ conuerſationem obmuteſcere faciemus obloquentium linguas hæreticorum, & ſpuriorum illorum, qui agminibus Dei uiuentis maledicere; Chriſti miniſtros deſpicere; & matrem eorum ſanctam eccleſiam pollutis labiis blaſphemare non uerentur. Quoniam iam tempus eſt, ut (iuxta Petri Apoſtoli uerba) iudicium à domo Dei incipiat. Quid hic igitur in diſceptationibus immorandum? Quid expectandum adhuc, ut uerbis acta conferamus? Quidue amplius reſtat de epiſcopatus ordine, atque iuriſdictione diſcutiendum, an de iure humano, uel diuino ſint; & an mediatè, uel immediatè à Chriſto inſtitutionem habuerint? Ac præterea quid dubitandum eſt; utrum eodem diuino iure Prælati in ſuis curis reſidere debeant? Cum hinc extrema urgeat operis neceſſitas, illinc uerò innumera inconuenientia emergere, & iam parta tot ſcelera uideamus, & in tanto periculo Petri nauiculam iactari nunc aſpiciamus: & id non ex alio magis eueniſſe, quàm præciſè ex negligenti, & iam malè adhibita gregi Chriſti cura, ex Prælatorum abſentia, ex malè ſeminata doctrina, atque (agricolis alto ſopore dormientibus) ex lethalibus errorum ſuperſeminatis zizaniis, ex malè nota facie pecoris, & ex parum cognito ſuarum ouium nomine? Heu, me miſerum, iam ecce inter ſpumoſas frementis pelagi undas naufragio

1. Pe. 2.

1. Re. 15.

1. Pet. 4.

proximi periclitamur; & de nauiculæ origine, de eiuſdem ligni ſpecie, qualitate, & portione, aut menſuris ſubtiliter diſſerere patiemur? Sed quid ſi hoc etiam ſummariè diſcutere uelimus, ut ambiguis mentibus ſatiſfaciamus? certè nec rationes, nec authoritates deerũt, quibus Epiſcoporum reſidentiam (ſicut iam tam epiſcopatus ordinem, quã iuriſdictionem) de iure diuino eſſe probabimus. Nam ſi Seruator noſter Chriſtus eccleſiæ ſuæ idoneos paſtores tam diligenti cura, & intenſo animo prouidit; quare illius prouidentia in hoc defeciſſet (quæ ſanè undique perfecta, & nullibi deficiens eſſe poteſt) ut tam utilem tamq; neceſſariam ſuo chariſſimo gregi Paſtorum reſidentiam, & aſſiduam præſentiam non ordinaſſet? Et cùm reuera tanta ſolicitudo, uigilantia, ac diligentia circa commiſſum Chriſti gregem (ut iam præmiſimus) requiratur; cumq; tot pericula multifariè multiſq; modis cõtra Chriſti eccleſiam in dies emergentia appareant, quid mirum ſi continua Paſtorum aſſiſtentia exigatur? Quia nõ ob aliud Prælatis paſtoris officium, & nomen impoſitũ eſt, niſi ut hinc quanta uigilantia, ſolicitudo, & aſſiduitas corporalis præſentiæ in animarum regimine exigatur, ii facilè diſcant; atque ex neceſſaria paſtoris ouium reſidentia
Matth.9. Prælatorum reſidentiæ argumentum ſumant. Nam qua
Ioan.10. hora paſtor non adeſt, non paſcit, non regit, & non præcedit oues ſuas, certe tunc uel luporum atrocitas, uel abigeorum aſtutia, uel præcipitium, aut periculũ aliud inſtat. Et cum ipſi præterea tum animarum rectores, tũ eccleſiæ ſpõſi, tum membrorum Chriſti capita nominentur, ex hoc quàm aſſidua eſſe debeat Prælati in ſua diocœſi reſidentia, apertè dignoſcimus; ſi qua aſſiſtentia re

ſtor populo, ſponſus uxori, & caput membris præeſſe
debeat, profundè cogitemus. Atque inſuper cum Præ Ephe. 4.
lati omnes ad opus ſint inſtituti, nec quidem imperii,
ſed miniſterii; ideo compertum eſt eos non ob aliud
ad tale opus electos eſſe, niſi ut muneri ſuo inſeruiant,
& ipſi, qui proprio uocabulo miniſtri ſunt, per ſeſe mini
ſtrent; quoniam (ut Seruator ait) ad miniſtrum mini- Luc. 22.
ſtrare pertinet, non recumbere; ad opus exequendum
paratum eſſe, & non ad præcipiendum, & alium opera-
rium in opere ſibi ſpecialiter, & perſonaliter commiſſo
ſubſtituendum. Quod præſertim in epiſcopali cura &
miniſterio locum habere debet: nam id tanti eſſe mo-
menti, & tanta dignum induſtria ac diligentia reputa-
mus, ut nec ſi uires omnes expendantur, & aſſidua præ-
ſentia adhibeatur, ſatis adhuc ſit ad debitum paſtorale
munus explendum; cum illud, tanta inſtantia à Chri-
ſto commendatum, tam ipſi gratum, atque ſuæ dilectio
ni, & exhortationi debitum eſſe appareat; ut minus im
pium ſit illum non imitari, qui ſeipſum Epiſcopis in ſui
miniſterii exemplum exhibuit, miniſter omnium fa-
ctus, ut omnes lucrifaceret. Quantum autem ad Præla Ioan. 13.
ti perſonam hoc opus ſpectet, & quomodo non impe- 1. Tim. 4. 1. Cor. 9.
rii, ſed miniſterii officium ſit, ex ipſius Seruatoris noſtri
uerbis præcipuè patet, cum Petro & ſucceſſoribus ſuis
dixit. Paſce oues meas; qui cum ter idem replicaſſet, Ioan. 21.
nunquàm opus illud aliis ab eo ſubdelegandū expreſ-
ſit, nec unquàm dixit; committe, præcipe ut paſcan-
tur, ſed paſce (inquit) rege, paſce agnos, & oues meas.
Vnde liquidò nobis conſtat onus hoc, & præceptum à
Chriſto traditum perſonale eſſe, & in multis corpora-
lem præſentiam requirens; atque ideo Prælatum quem

libet teneri oues ſibi creditas per ſe paſcere, cum maximè paſcere proprium, ac debitum paſtoris opus múnusque ſit. Nam, teſte ipſo Domino, oues alienum, & eum, qui non eſt paſtor, minimè ſequuntur, nec uocem eius agnoſcunt. Propter quod (iuxta præmiſſa) Petrus Apoſtolus Epiſcopis eum, qui in illis eſt, gregem paſcere iubet. Et Paulus quoque attendere eos ſibi, & uniuerſo gregi, in quo illos ſpiritus ſanctus poſuit Epiſcopos regere eccleſiam Dei præcipit. Atque ulterius, quàm debitum ſit Epiſcopis in ſuis eccleſiis reſidere, præterita concilia ſæpius admonuerè; ſicut per multos Antiocheni Concilii canones patet; ubi in ſuis eccleſiis reſidere non curantes communione priuari, & aliis debitis pœnis ſubiici decretum fuit: & inter alia in canone uigeſimo primo ita ſcriptū eſt. Epiſcopus ab alia parochia nequaquam migret ad aliam, nec ſua ſponte prorſus inſiliens, nec ui coactus à populis; nec ab Epiſcopis neceſſitate compulſus; maneat autem in eccleſia, quam primitus à Deo ſortitus eſt, nec inde transmigret, ſecundum priſtinum de hac re terminum conſtitutum. Ecce hic antiqua & approbata ſanctorum Patrum conſuetudo ab initio naſcentis eccleſiæ obſeruata; & non ex alio, quàm ex Chriſti præcepto, & ex Apoſtolorum traditionibus, & obſeruantiis deducta. Et in Sardicenſi quoque Concilio decretum, & iterum confirmatum fuit, ne Epiſcopis extra ſuam diocœſim plus tribus hebdomadibus abſentes eſſe liceret. Sic & in ſecundo Conſtantinopolitani Concilii canone decretum eſt, ut Epiſcopi ſuam diocœſim gubernent, nec ad alias accedant.

Eze. 34. 1. pe. 5. Act. 20. Conc. Antio. Cano. 17. & 21. Diſt. 92. Si. quis Epiſcopus. 7. q. 1. Epiſcopum. De ele. c. licet ca non lib. 6. De cle. nō re. clericos. & c. quia non nulli. ubi Hoſti. & Panor. & c. ex tuæ. ubi Innocen. Concil. Sardi. Cano. 14. & 15. Concil. Conſtan. Cano. 2.

De neceſſaria Prælatorum, ſiue Paſtorum omnium reſidentia.

SECTIO NONA.

SI autem rẽ hanc perfectius diſcutere uelimus, neceſſariæ Prælatorum reſidentiæ rationem ex præmiſſis facilè perſpiciemus. Nam cum hæc paſtoralis cura, ex dominico mandato, talis naturæ & oneris ſit, ut qui paſtor eligitur, oues regere, uerbi Dei prædicatione, ſacrorum adminiſtratione, ac bonorum operum exemplo, ac (ſi egeant) temporali etiam pabulo nutrire, curare, noſcere, defendere, iudicare, & cuſtodire teneatur; idcirco nulli dubium eſt, quòd id ſi ne ſui præſentia præſtari nõ poteſt: quoniam aliàs quo pacto is ante oues, ſuas ibit? quomodo ſingulas nominatim uocabit, noſcet inſtruet, diriget, & cuicunque ad illius ſalutem neceſſaria prouidebit? & quomodo etiã pro ouibus uitam exponet is, qui non niſi ſuo commodo uitam uiuit, & qui tam longe ab ouibus abeſt, ut nec lupos uideat, nec audiat, qui tamen oues infeſtare, ferire, mactare, & perdere nunquam deſiſtunt? Et licet mercenarii adſint, luporum tamen aſpectum fugiunt, quia (ut Seruator ait) ad eos de ouibus non pertinet. Ac præterea quo pacto ſe habebit Prælatus ad eccleſiam ſuam, ut ſponſus, ſi patrem & matrem non dimiſerit (de quibus ſcilicet ſcriptum eſt. Pater tuus Amorræus, & mater tua Cethæa) hoc eſt, ſi carnem, & mundũ & temporalia commoda, quæ eum à ſua debita paſtorali cura diſtrahunt, non reliquerit, & uxori ſuæ, id eſt,

Ioan. 10.

Gen. 2. Matt. 19. Ezec. 16.

libet teneri oues ſibi creditas per ſe paſcere, cum maximè paſcere proprium, ac debitum paſtoris opus munusque ſit. Nam, teſte ipſo Domino, oues alienum, & eum, qui non eſt paſtor, minimè ſequuntur, nec uocem eius agnoſcunt. Propter quod (iuxta præmiſſa) Petrus Apoſtolus Epiſcopis eum, qui in illis eſt, gregem paſcere iubet. Et Paulus quoque attendere eos ſibi, & uniuerſo gregi, in quo illos ſpiritus ſanctus poſuit Epiſcopos regere eccleſiam Dei præcipit. Atque ulterius, quàm debitum ſit Epiſcopis in ſuis eccleſiis reſidere, præterita concilia ſæpius admonuere; ſicut per multos Antiocheni Concilii canones patet; ubi in ſuis eccleſiis reſidere non curantes communione priuari, & aliis debitis pœnis ſubiici decretum fuit: & inter alia in canone uigeſimo primo ita ſcriptū eſt. Epiſcopus ab alia parochia nequaquam migret ad aliam, nec ſua ſponte prorſus inſiliens, nec ui coactus à populis; nec ab Epiſcopis neceſſitate compulſus; maneat autem in eccleſia, quam primitus à Deo ſortitus eſt, nec inde tranſmigret, ſecundum priſtinum de hac re terminum conſtitutum. Ecce hic antiqua & approbata ſanctorum Patrum conſuetudo ab initio naſcentis eccleſiæ obſeruata; & non ex alio, quàm ex Chriſti præcepto, & ex Apoſtolorum traditionibus, & obſeruantiis deducta. Et in Sardicenſi quoque Concilio decretum, & iterum confirmatum fuit, ne Epiſcopis extra ſuam diocœſim plus tribus hebdomadibus abſentes eſſe liceret. Sic & in ſecundo Conſtantinopolitani Concilii canone decretum eſt, ut Epiſcopi ſuam diocœſim gubernent, nec ad alias accedant.

[Margin notes: Ioan. 10. — Eze. 34. — 1. Pe. 5. — Act. 20. — Conc. Antio. Cano. 17. & 21. Diſt. 92. Si. quis Epiſcopus. 7. q. 1. Epiſcopum. De ele. c. licet ca non lib. 6. De cle. nō re. clericos. & c. quia non nulli. ubi Hoſti. & Panor. & c. ex tuæ. ubi Innocen. — Concil. Sardi. Cano. 14. & 15. — Concil. Conſtan. Cano. 2.]

De neceſſaria Prælatorum, ſiue Paſtorum omnium reſidentia.

SECTIO NONA.

SI autem rẽ hanc perfectius diſcutere uelimus, neceſſariæ Prælatorum reſidentiæ rationem ex præmiſſis facilè perſpiciemus. Nam cum hæc paſtoralis cura, ex dominico mandato, talis naturæ & oneris ſit, ut qui paſtor eligitur, oues regere, uerbi Dei prædicatione, ſacrorum adminiſtratione, ac bonorum operum exemplo, ac (ſi egeant) temporali etiam pabulo nutrire, curare, noſcere, defendere, iudicare, & cuſtodire teneatur; idcirco nulli dubium eſt, quòd id ſi ne ſui præſentia præſtari nõ poteſt: quoniam aliàs quo pacto is ante oues, ſuas ibit? quomodo ſingulas nominatim uocabit, noſcet inſtruet, diriget, & cuicunque ad illius ſalutem neceſſaria prouidebit? & quomodo etiã pro ouibus uitam exponet is, qui non niſi ſuo commodo uitam uiuit, & qui tam longe ab ouibus abeſt, ut nec lupos uideat, nec audiat, qui tamen oues infeſtare, ferire, mactare, & perdere nunquam deſiſtunt? Et licet mercenarii adſint, luporum tamen aſpectum fugiunt, quia (ut Seruator ait) ad eos de ouibus non pertinet. Ac præterea quo pacto ſe habebit Prælatus ad eccleſiam ſuam, ut ſponſus, ſi patrem & matrem non dimiſerit (de quibus ſcilicet ſcriptum eſt. Pater tuus Amorræus, & mater tua Cethæa) hoc eſt, ſi carnem, & mundũ & temporalia commoda, quæ eum à ſua debita paſtorali cura diſtrahunt, non reliquerit; & uxori ſuæ, id

Ioan. 10.
Gen. 2.
Matt. 19.
Ezec. 16.

eſt,eccleſiæ ſibi creditæ non adhæſerit, ut illius amplexibus perfruatur, atque proprium ei debitum reddat? Et quomodo tandem ſe ad eam Prælatus habebit ut caput,ſi ſuo corpori(quod eſt ipſa eccleſia) præſens nõ ſit, & tum uiſum,tum auditum, tum loquelam, & alia congrua capiti officia in utilitatem, & miniſterium illius non exhibeat,& ſubminiſtret;quippe quæ quouis momento caput membris cæteris præſtare ſolet? Et propterea Prælatus ille, qui animarum curæ electus ſe diuino præcepto ad reſidentiam aſtrictum non intellexerit;quique ideo omni cum uigilantia, atque aſſidua ſolicitudine, & ſuperintendentia ouium ſuarum curæ (cæteris rebus, aut negotiis poſthabitis) principaliter inſiſtere,& ſemper attendere non ſtuduerit; is quidem onus ſuum nõ agnoſcit, diuinum mandatum negligit, animarum periculum, & perditionem (quas Chriſtus tanti emit)nihilifacit,& non quæ Ieſu Chriſti, ſed quæ ſua ſunt quærit. Hæc autem curatorum reſidentia regulariter aſſidua eſſe debet; quamuis in quibuſdam caſibus inferius exprimendis interpolata admittatur:quia reſidentia eſt quaſi iterata ſeſſio;quæ ex ui ſui nominis iugem aſſiſtentiam importat. Et dicitur perſonalis ſolutio proprii officii in proprio beneficio. Vnde, ſecundum canonum ſententiam, ex duobus Prælatus non reſidere dicitur: uidelicet, uel ſi perſonaliter non reſideat;uel etiam ſi reſidens, propriæ tamen Eccleſiæ curam non habeat. Sed licet aſſidua dicatur reſidentia; nihilominus minimas diſtantias,ſiue breuiſſimas interpolationes non excludit; cum morali lege, teſte philoſopho, parum pro nihilo reputetur,& modica damna à iure tolerentur;atque prætoria lex de minimis non cura-

Ephe. 5.

Reſidẽtia Prælati qualis requiratur.

De cle. non reſi. c. conquerente. Et Goffr. & Hoſti. eo. ti.

Phy. 2.

re

re dicatur:propter quod continua æſtimabitur reſidentia,ſi etiam quandoque ad breuiſſimum tempus Epiſcopum abeſſe contigerit. Vt puta ſi tale abſentiæ ſpatium ſingulis annis,ex æqua cauſa,ſiue continuum,ſiue interruptum, duas, uel tres hebdomadas non excedat; ut Sardicenſe Concilium declarat:aut etiam ulterius (ut infra) ſi cauſa grauis ſit, quæ facti euidentia, uel ſuperioris iudicio approbetur. Idque ne præcipuis anni temporibus, deuotioni fidelium competentibus, uel cum aliquo ſubditorum detrimento,fieri contingat, quantum fieri poſſit,caueri debet. Sed prolixas tantummodo intermiſſiones reſidentiæ ratio excludit, quæ in animarum periculum, & propriæ Eccleſiæ detrimentum uertuntur. Quod quàm uerum,& rationabile ſit, nullũ latet; cum profectò totum paſtoris officium, & negotium ſalus ſit animarum; ut iam probatum eſt. Nouiſſimè uero ſtatutum fuit, quòd Epiſcopi ſingulis annis ſiue interruptum,ſiue continuum abſentiæ ſpatium habeant, duos, uel ad ſummum tres menſes non excedens. Idque ex æqua cauſa abſcedentium conſcientiæ relinquenda,& ſine ullo gregis detrimento. Sed inferioribus curatis (excepta aliqua graui exiſtente cauſa) duorum tantum menſium ſpatium conceditur, cauſa prius per eorum Epiſcopum cognita,& in ſcriptis probata:atque in diocœſi, uel parochia idoneo Vicario relicto,ab ipſo ſuperiori Prælato iam cognito, & approbato;habito tamen ſemper reſpectu, ne præcipuis anni ſolennitatibus (ut dictum eſt) Prælatum ipſum abeſſe contingat: ut in hoc ultimo uniuerſali Tridentino Cõcilio decretum eſt. Aſſidua uero paſtorum cuſtodia, & uigilantiſſima cura egemus; quia dum hic uiuimus, in

12. q. 2. c. terrulas. c. ſi quis de ſeruis. & c. bonæ rei. ff. de in integ. reſti. l. Scio. Concil. Sardi. c. magnæ. De uoto. & de cle. non reſi. c. relatũ. Vbi Ioan. And. & Panormi.

Concil. Triden. Seſſ. 23. ti. de refor. cap. 1.

in multis, & magnis periculis uerſamur,& tum à carne; tum à mundo, tum uero ab innumeris diaboli inſidiis quotidie circunuenimur: qui tanquam leo rugiens circuit quærens quem deuoret. Ac præterea non tam rationabilis, quàm etiam neceſſaria hæc reſidentiæ aſſiduitas ex eo apparet, quòd ex non reſidentia multa mala proueniunt;ut(experientia ipſa magiſtra) in dies ſatis edocemur. Nã ſic abſentes Paſtores ea comedũt, quibus Eccleſia reparanda, uel pauperes recreandi eſſent:eorum uero mercenarii,& uicem gerentes,cum ex modico ſibi aſſignato ſtipendio uix uiuere poſſint, ea de re per fas, & nefas temporalem aliquam utilitatem ex ſibi commiſſa cura, in animarum detrimentum, Eccleſiæ dedecus,& euidens chriſtiani populi ſcandalum ſubripere ſtudent. Et quamuis Chriſti uerba, dicentis, paſce,& rege, affirmatiuum tradant præceptum, quod non ad ſemper,licet ſemper, ſed pro loco, & tempore cogit: nihilominus ſi negotii huius qualitatem, ſi curæ animarum exigentiam, & quanti ſit momenti hominũ ſalus, in quantis aſſiduè uerſemur periculis, & quàm multiplicibus malis(ut iam diximus)omni hora,omnique momento illaqueemur; atque inſuper quanta quotidie in clero,uel in plebe accidere poſſint, quæ peculiari conſilio,iudicio,& cura paſtoris inſtanter egeant, profundè cogitemus;nulli dubium erit,ſemper tẽpus, ſemperque locum adeſſe, ut Prælatus in ſua diocœſi reſidere debeat,& animarum negotiis aſſiduè occurrentibus aſſiduè præeſſe. Ita quòd ſi non ex præciſo præcepti modo:ex natura tamen rei, ad quam præceptum ordinatur; & ut præceptum ipſum ſuo loco, & tempore impleri poſſit;abſque dubio Epiſcopos in ſuis Eccleſiis

1. Pe. 5.

Reſidẽtia Prælatorum neceſſaria.

ſiis iugiter commorari neceſſe eſt, ad hoc, ut, etſi non ſemper gregem paſcãt, non ſemper prædicent, nec ſemper uel ſacrum faciant, uel Euchariſtiam præbeant, uel ſimilia peragant: attamen per continuam ſui reſidentiam ad gregem paſcendum, & modo uni, modo alteri conſulendum, & cætera huiuſmodi ad id muneris ſpectantia faciendum ſemper parati ſint. At uero, quia omnis regula exceptionem patitur (aiunt iura), ideo quamuis paſtoralis curæ, & reſidentiæ præceptum iure diuino traditum ſit: attamen ius ipſum naturæ, & charitatis, ſiue neceſſitatis lex eiuſdem ſuperni luminis inſtinctu exhibita, in aliquibus caſibus, reſidentiæ aſſiduitatem, per non modicum etiam tempus intermitti concedit. Velut pro generalis Concilii congregatione; quia in eo neceſſe eſt totam coadunari eccleſiam (hoc eſt eccleſiæ primates) & uſque ad Synodi conſummationem permanere; ut exinde tam uniuerſalis eccleſiæ, quàm etiam particularium utilitas maior emanare poſſit. Aut abſentia Prælati permittitur pro ſuæ particularis eccleſiæ profectu; quia id etiam in ipſius Prælati cura computatur quod in propriæ eccleſiæ utilitatem confertur: dum tamen ſano maiorum iudicio, quid magis illi eccleſiæ conducat ponderetur: hoc eſt, uel in propria eccleſia perſiſtere; uel ſperatum emolumentum ipſius Paſtoris abſentia procurare. Vel etiam Prælati abſentia conceſſa eſt, cum perſonalis perſecutio, atque uitæ periculum imminet, quia locum dare iræ congruum eſt; ſi præcipuè abſentia talis creditarum ſibi animarum ſaluti non præiudicet, & luporum furori eas non derelinquat. Vel inſuper Prælatum aliquandiu

Caſus excepti.

1 (Concilii congregatione)

2 De cle. non reſi. c. ex parte.

3 De cle. non reſi. c. inter quattuor.

4

Vbi ſupra c. ad audientiam. & c. unico.eo.ti. lib.6.

5 Concil. Triden. Seſſ.23.

diu abſentem eſſe non dedecet, corporalis ualetudinis recuperandæ ratione, ut inde curæ ſuæ is melius attendere ualeat, cum maximè ſine ſubditarum animarum præiudicio fiat. Aut generali tandem regula talis abſentia conceditur, ut non reſidens reſidere intelligatur: cum, in ſumma, iuxta Tridentini Concilii doctrinam, christiana charitas, urgens neceſſitas, debita obedientia, ac euidens eccleſiæ, uel Reipublicæ utilitas, aut alia ſimilis iuſta, manifeſta, atque rationabilis adſit cauſa, quæ prælatos aliquos non nunquàm abeſſe poſtulet, & exigat: ſicque ſola chriſtianæ charitatis, & naturæ, ſiue neceſſitatis lex diuinæ huic regulæ exceptionem faciat. Reipublicæ uerò euidens utilitas illa erit, quæ Epiſcopi opera, & induſtria indigeat: utputa, ſi inter aliquos Principes, aut Dominos temporales diſſidium, uel bellum eſſet; poſſet Epiſcopus cauſa pacis, & concordiæ inter eos componendæ, aliquandiu à ſua abeſſe eccleſia. Vel ſi etiam ciuitas, uel prouincia ab Imperatoris, uel Regis, aut Principis miniſtris iniuſtè uexaretur, ciueſque opprimerentur: nam ciuitatis, uel prouinciæ illius Epiſcopus, talis oppreſſionis tollendæ gratia, à ſua eccleſia abeſſe poſſet. Vel ſi aliæ ſimiles euidentes, ac legitimæ adſint cauſæ, idem erit: ſicut uniuerſalis Paſtor, ſummuſque Pontifex iudicauerit, & in eccleſiæ ædificationem ius diuinum interpretatus fuerit. Siue etiam, hodie, ſicut Metropolitanus, uel, eo abſente, ſuffraganeus antiquior reſidens decreuerit: qui cauſas illas legitimas approbare poteſt; & in ſcriptis tradere debet, niſi ob munus, & reipublicæ officium epiſcopatui adiunctū, cauſæ notoriæ, ſiue etiam repentinæ ſint. Ad quem tamen, cum Concilio prouinciali ſpectabit iudicare de li-

centiis à ſe, uel à ſuffraganeo datis; & uidere, ne quis eo iure abutatur; & ut pœnis canonicis errantes puniantur: ut in ultima uniuerſali Tridentina Synodo ſtatutum eſt. Illa autem præmiſſa uerba in Canone dicentia, Propter aliquod munus, & reipublicæ officium epiſcopatui adiunctum: appoſita eſſe putamus ob aliqua munia, quæ aliquibus epiſcopis in quibuſdam prouinciis adiuncta ſunt. Vt in Germania; ubi tres ſunt Prælati electores, qui ad electionem Imperatoris cum aliis ſecularibus conuenire debent. Et ſicut eſt in Chathalonia; in qua ſunt quidam Prælati, qui deputati appellantur, ex eo quòd à regno eliguntur, ut in comitiis, aut curiis, quas ibi Rex ſingulis triennijs celebrat, interſint. Quæ ſanè cauſæ, ſiue neceſſitates, pro reipublicæ officio, Epiſcopis adiūctæ, quia ordinariæ, & notoriæ ſunt, & ſæpe etiam repentinæ occurrunt; idcirco tunc etiam ſine aliqua licentia, ad hæc munia exequenda, ipſi Prælati à ſuis eccleſiis aliquanto tempore abeſſe poſſunt. Quod tamen non ad eum ſenſum deducendum eſt; neque Concilii Patres ita intellexerunt: quòd ſcilicet Prælatis liceat officium, ſiue regimen reipublicæ ordinariū, quod continuam in eorum eccleſiis reſidentiam impediat, habere. Sententia autem, uoluntasque Pontificis, ſiue Metropolitani regulata, & legittima, quæ hic requiritur, illa non erit, quæ permittens, ſeu mendicata fauore aliquo ſit: ſed quæ uero iudicio, & maturo conſilio (quod in urgentiſſimo requiritur negotio) deliberet; & quæ ex rationabili, expedientique cauſa promota, tum iure naturæ, tum diuino iure regatur: ut ſemper, ſcilicet, cum nullo particularium eccleſiarum detrimento, ſiue cum nulla animarum iactura id faciat, cu-

Concil. Trident. Seſſ. 23. ti. de refor. c. 1.

retque, ut propriis ouibus à diſceſſuris Paſtoribus ſic interim prouideatur; ut eæ nullum ſpirituale damnum (quantum poſſibile ſit) ex ipſorum abſentia patiantur. Quoniam aliàs illud tum contra mentem, & finem præcepti Chriſti eſſet; tum uerò contra uniuerſalem eccleſiæ utilitatem; & non tantum ad particulare detrimentum: cum particularium multarum perditio eccleſiarum in uniuerſale diſpendium cedat; & non ſit uoluntas coram Patre ſuo (ait Dominus Ieſus) ut unus de puſillis ſuis pereat; quippe qui Saluator non ſolum pro toto mundo, ſed etiam pro unico tantum peccatore redimendo eos labores, & dolores, & mortem ipſam atrociſſimam, quam paſſus eſt, ex nimiæ ſuæ charitatis perfectione, ſuſtuliſſet; cum etiam pro unica illa errante ouicula recuperanda humeros libenter ſuppoſuiſſe dicatur. Et propterea, extra exce-
Lu. 15. Matt. 18. ptiones præmiſſas, non licebit diœceſim aliquam, ſub aliquo alio prætextu, cum illius detrimento, ſuo proprio paſtore priuari (quod abſque dubio in ipſius damnum uerteretur, ſi aut longa, aut nimis frequens abſentia concederetur) cum præſertim eccleſiæ tali alium idoneum paſtorem conſtitui impoſſibilè non eſſet; ſi primum paſtorem in aliquo urgenti negotio, à ſua eccleſia alieno, per longum tempus occupandum fore expediens iudicetur: nam ita non decet uni cauſæ conſulere, ut alteri debita cura dematur; & quod uni prodeſt, alteri nocumento fiat. Et quamuis alterius eccleſiæ ſiue prouinciæ, ſiue regni magis urgens eſſet negotium, ad quod talis eſſet idoneus, quam propriæ eccleſiæ; & licet membrum pro corpore, uel pro alio nobiliori membro

bro ſeruando pati congruat, atque de duobus malis maius malum euitandum, minuſque admittendum, ſiue permittendum eſſe dicatur; hoc tamen locum habet, ubi aliter fieri non poſſit, quin in corpore curando membrum aliquod patiatur, & ubi alterum è duobus malis euenire neceſſe ſit: quia tunc, quod minus eſt, conſultius permittitur. Secus autem eueniet, ubi ueriſimiliter tam membro, quam corpori, ſiue tam nobiliori, quàm ignobliori membro prouideri, & utrique malo obuiari poſſit, hoc eſt, ad urgens aliquod uniuerſalis, uel particularis alicuius eccleſiæ negotium, alterius particularis eccleſiæ rectorem per continuum, ſiue per longum tempus aſſumendo, & nihilominus paſtorem alterum idoneum derelictæ illi eccleſiæ conſtituendo. Et licet ad ſummum Pontificem (cui ſine dubio totam Chriſti eccleſiam paſcere, & regere conuenit) omni particulari eccleſiæ miniſtros præſcribere pertineat, & ſicut cuicunque diœceſi certos præfigere terminos, & eoſdem iuſta de ratione retrahere, uel extendere ad eum ſpectat; ita etiam eius plenariæ poteſtatis electioni congruat, ut uel ab Epiſcopo, uel ab inferiori miniſtro (etſi communi iure cathedralis eccleſia ſua dignitate priuanda nõ ſit) hæc, uel illa paſcatur eccleſia: attamen Pontifex ipſe, tanquã totius eccleſiæ paſtor, & rector, uniuerſali cura tenetur, ut ſicut is uniuerſalis eccleſiæ paſtor eſt, & non mercenarius; ita alios inferiores nõ mercenarios ſed paſtores particularibus eccleſiis applicare, ſeu præficere curet, eaſque propriis ſpõſis, & paſtoribus deſtitutas nõ relinquere. Vnde, quicũque ſit, qui curæ applicetur, uel Epiſcopus, uel inferior, ſponſum tamen, & paſtorẽ eũ

eſſe oportet,quia uoluit Dominus, ut per ipſos paſtores,non per mercenarios greges ſui regerentur. Quare (præmiſſis caſibus exceptis, tum naturali, tum diuino iuri conſentaneis) nec debet, nec iure poteſt Papa, in alicuius eccleſiæ detrimentum, paſtorem auferre, ut mercenarium illi applicet, & derelictam eam deſinat; nam ſicut ipſe Pontifex de iure diuino à Chriſto uniuerſalis eccleſiæ curam habet;ita de iure diuino particularium eccleſiarum cura à propriis paſtoribus, ſiue Epiſcopis debetur;quippe qui Apoſtolorum loco ſuccedunt,& ab ipſo Chriſto neceſſariò ſunt in partem ſolicitudinis ſuffecti (ut iam probauimus) Et quanquam aliquarum eccleſiarum curam (ut dictum eſt) non Epiſcopis,ſed aliis inferioribus miniſtris tradere ſibi quandoque uideretur;is tamen, cui eccleſia credita erit, paſtor & ſponſus propriæ eccleſiæ eſſe debebit, illiuſque curæ aſſiſtere;quia quocunque titulo eccleſia regatur, à proprio tamen rectore, & paſtore gubernari cõgruit. Non autem aliquis introductus uſus ueritati huic ad-

Ad oppo. uerſari debet; uelut ſi dicatur, quod Cardinalis, qui epiſcopatũ habet, eccleſiæ illius, cuius regimen tenet, non paſtor, ſed commendatarius tãtum remaneat; propter quod nec amplius epiſcopali uinculo, aut ſpiritualis matrimonii ligamine illi alligetur, ſed adminiſtrator tantummodo dicatur, unde in reſidendo & regendo non ea lege ſit aſtrictus,qua ſponſus, & paſtor proprius obligatur.Et ſimiliter obſtare non debet

Ad oppo. quod de commendis regulariter introductum eſſe dicitur;quæ quia iure diuino introductæ non ſint, ſed ex eccleſiaſticæ poteſtatis plenitudine;ideo per eas abſolutæ Pontificis uoluntati & libertati commendatæ eccleſiæ

eccleſiæ

cleſiæ ſubeſſe appareant; ita ut cum titulo commendæ ſuo paſtore & ſponſo deſtitutæ remanere poſſint. Nam ad hæc reſpondemus nullibi conſtare (ſaluo ſemper ſaniori, & ſuperiori iudicio) quod per nouam denominationem iure poſitiuo licèt recto fine repertam, ſuiſque terminis præſcriptam, diuini iuris obligatio annulletur, aut per administratoris uel commendatarii nomen præceptum Chriſti de paſtorali cura ſolui ualeat: neque certè (ut iam præmiſimus) Papa ius diuinum in detrimentum eccleſiæ, atque in diuini præcepti ſolutionem interpretari ſolet, neque uult, neque poteſt: ut eſt, ſi animarum cura, quæ paſtori ſuo applicari debet, ſub titulo nihilominus commendæ, uel ſimplicis adminiſtrationis perpetuò, ſiue ad longum tempus tribuatur; & ſponſi, paſtoris'ue titulus ſubticeatur, atque ſimul ipſius paſtoris obligatio in munere tali adimatur, & munus ſine onere præbeatur, & ita lex paſtoratus, & Chriſti præceptum de ſuo paſcendo grege, atque grex ipſe de ſua debita cura defraudetur, cum gregem paſcenti paſtoratus onus ſubleuetur, & eccleſia commendata uidua & ſuo ſponſo deſtituta remaneat. Fatebatur enim Apoſtolus poteſtatem ſibi à Domino non in deſtructionem, ſed in ædificationem traditam fuiſſe. Et propterea (inquam) non oportet alieno uocabulo poſitiuo quidem iure, recto tamen, atque alio fine, inuento, neceſſariam diuini præcepti executionem tollere. Neque enim ſolet, aut debet pontificia traditio, uel alius introductus uſus diuino præcepto de reſidentia, & regimine debito derogare, cum nulla ſit præſcribendi ratio contra diuinum ius; neque tandem hoc commẽdatarii, uel adminiſtratoris nomine paſtoris nomẽ, & 2.Co. 10.

& debitum onus ſubterfugere decet. Nam is cui commenda, ſiue adminiſtratio diœceſis ad longum tempus, aut in perpetuum traditur, uel eſt paſtor, uel non. Si non, legitimo paſtori cedat (quia, ſi quærantur, non deerunt idonei, qui tali curæ applicentur) cum eccleſiam ſanè ſine paſtore eſſe non liceat. Si uero is paſtor eſt, quouis alio nomine appelletur, paſtoris obligationem teneat, & onus atque officium paſtorale à Chriſto impoſitum, & ordinatum fideliter exequatur. Et non dicatur, quòd ille non amplius diuino paſtoralis curæ præcepto, ſed tantum Pontificis arbitrio ſubditus remaneat, quia commendatarius nominetur, & quia titulus mutetur, onus & obligatio auferatur, uel diminuatur, & honor, & utile maneat; atque ſic debita animarum cura deſoletur: quoniam cum res perſiſtat, ius non mutatur, nec obligatio adimitur, ſed ratione ac fine legis remanente, remanet ipſa lex: neque etiam humano iure, præceptum dominicum ſolui poteſt; ut omnia iura clamant. Qua de re (ut liberè fatear quid ſecundum rei ueritatem in hoc negotio ſentiam) fuga hæc, ſiue diuerticulum iſtud, quo eccleſia, uel diœceſis aliqua per traditum nomen commendæ ſui debiti paſtoralis officii onere deſtituitur, & ſuperior diuina lex defraudatur, nobis minime placet: quia reuera qui prælationem ſuper diœceſim habet, Paſtor eſt; quòd ſi eo exoneretur onere, nomine quoque, & dignitate, & utilitate ſubleuetur, & alius in legitimum paſtorem, qui ſuo gregi aſſiſtat, & ſolicitam ipſius curam gerat, eligatur, & præficiatur, & non adulter, & fornicator, uel impotens, uel frigidus, aut maleficiatus ſponſus, qui ſponſam propriam deſpiciat, & negligat, atque ſuo matrimoniali debito

Matt. 15.

Concluſio.

1. Co. 10.

De tranſla. epi. c. inter corporalia. cum ſeq.

debito defraudet; ſed idoneus, legitimus, & fidelis ei tribuatur ſponſus, qui matrimonii leges, & onera promptè ſubeat: nam aliàs iuſtum quippe eſt, ut qui ſponſi iura, & matrimonii onera deponit, dotis quoque peculium propter id conceſſum remittat, ut illud alteri onus tale ſubeunti applicetur; quia unicuique compertiſſimum eſſe debet, quòd eccleſia aliqua ſine proprio ſponſo diu permanere fas non ſit, qui ſcilicet ei debitam copulam reddat, & fructificet: quam quidem copulam & adhæſionem propriæ uxori per alium ſubminiſtrare, & mediatè ei ſatisfacere uelle, non ſolum incongruum, uerum etiam nefandiſſimum fore ab omnibus facilè iudicatur: neque inſuper ipſa ſponſa eccleſia diuortium patitur, quæ fæcunda eſſe, & fidelem prolem multiplicare, atque à maledicto ſterilitatis aliena eſſe debet. Ad hæc autem alludit quod ex deciſionibus rotæ decretum fuit, ut uidelicet perpetuæ commendæ loco titularis beneficii haberentur; & propter hoc ipſe commendatarius ad omnia perinde ac beneficiatus teneretur. Quod ita intelligimus, ut non tantum ſimili, ſed eodemmet iure cum beneficiato obligaretur, & præſertim in commendis illis, quibus cura annexa eſt: quoniam cum hæc paſtoralis cura ſit, & diuino iure inſtituta; & iis animarum cura perpetuo aſſignetur; ideo paſtorale ſibi officium impenditur; & qui eam ſuſcipiunt paſtores ſunt, & ſi non nomine, tamen reipſa; nam de modo curandum non eſt, dummodo habeatur effectus. At uero ſi illi nolint, uel non poſſint paſtorum obligationem tenere, non eſt propterea eccleſia (ut diximus) ſine proprio paſtore relin-

Deciſio Rotæ.

quenda: cum maximè, qui eligi, & applicari ualeant, idonei minimè deſint. Et quamuis à canonico iure commendæ in auxilium & utile eccleſiarum proprio paſtore deſtitutarum introductæ fuerint; ne, ſcilicet, eccleſiæ illæ, dum ſibi nouus Prælatus procuratur, uacent, & omnino deſertæ remaneant, ſed titulo commendæ ab alio tanquam procuratore, ſeu legitimo adminiſtratore (etiam quòd is alterius paſtor eſſet eccleſiæ) gubernari debeant: attamen hoc non niſi ratione neceſſitatis, & pro zelo & cura gregis ſtatutum fuit, & ne eccleſiæ aliquo temporis momento (ſi fieri poſſet) pœnitus derelictæ remanerent. Et non actum fuiſſe arbitramur, ut quod in auxilium & fauorem eccleſiarum inductum eſt, id in earum detrimentum uertatur, & legis mens offendatur, & lex ipſa defraudetur; atque quod neceſſitatis lege faciendum præſcribitur, id in arbitrii libertatem extendatur. Nam ſicut introductio illa in fauorem eccleſiæ fuit, ita executio, & extenſio illius in ipſius eccleſiæ odium conuertitur. Non debet autem, ſecundum iura, quod beneficii cauſa conceſſum eſt, in præiudicium uerti. Vnde Bonifacius octauus in titulo de regulis iuris ait. Quod ob gratiam alicuius conceditur, non eſt in eius diſpendium retorquendum. Atque inſuper quod in detrimentum, & odium chriſtianæ reipublicæ cedit, & ſtricti iuris eſt, nulli dubium, quòd non extendi, ſed reſtringi magis debeat. Propterea ſemeſtre tempus ſolummodo commendis per ſacros Canones conceſſum eſse conſtat, ut interim omni diligentia, & induſtria derelictæ eccleſiæ tãquam depoſiti nomine commendatæ, de idoneo, & legitimo Paſtore prouiſio fieret; non autem ut talis titulus aliquo

Commendæ qua ratione introductæ fuerint.

21. q. 1. relatio. cum ſeq.

c. quod ob gratiam. de re. iuris. lib. 6. cum ibi concor.

21. q. 1. qui plures. ubi glo.

quo pacto perſeueraret, atque ceſſante neceſſitatis lege, diuinum de paſtorali cura mandatum ſolueretur; & ſic de commenda, ſyncopato uocabulo prolata, non commendanda, ſed comedenda expreſſius diceretur; quia commenda ſanè nil aliud, quàm depoſitum eſſe apparet. Quapropter commenda ipſa, præſertim curata, non niſi ad euidentiſſimam commendatæ eccleſiæ utilitatem iure fieri poteſt; quoniam prælatus propter populum ſiue eccleſiam, & non eccleſia propter prælatum eſſe dicitur, quippe qui, tam iuxta canoniſtarum, quàm iuxta theologorum ſententiam, non propter ſuiipſius, ſed ob eccleſiæ ſuæ utilitatem principaliter præfici ſolet. Vnde Gregorius decimus in Lugdunenſi Cócilio iuxta præallegatam doctrinam dicit. Nemo deinceps parochialem eccleſiam alicui in legitima ætate, & ſacerdotio non conſtituto, commendare præſumat; nec tali etiam niſi unam; & euidenti neceſſitate, uel utilitate ipſius eccleſiæ ſuadente. Neceſſitas autem erit, dum eccleſia ſuo paſtore per mortem, uel alio caſu occurrenti, de medio ſublato, iam uidua eſt, & proprio ſponſo uacat: utilitas uerò eccleſiæ erit, cum interim ipſa eccleſia, per modum commendæ, omni pœnitus cura & titulo deſtituta non relinquatur, dum idoneus paſtor ſibi ſolicitè procuretur. Et hinc eſt, quòd non niſi per breue temporis ſpatium, atque per illud tantummodo tempus, quod ad noui Paſtoris prouiſionem, & pro ſola ipſius prouiſionis neceſſitate uериſimiliter ſufficiat, eccleſia commendari per canonica iura conceditur. Propter quod idem Gregorius ſequitur dicens. Huiuſmodi autem commendam (ut præmittitur) ritè factam declaramus, ultra ſemeſtris temporis ſpatium non du-

d. c. qui plures. ff. de uer. ſigni. l. commendare.

De ele. c. nemo lib. 6.

S. Tho. in 4. ſen. di. 17. q. 3.

Conci. Lug. & in d. c. nemo.

Arg. c. cũ teneamur. de appella.

rare, ſtatuentes quicquid ſecus de commendis eccleſiarum parochialium actum fuerit, eſſe irritum ipſo iure. Et hæc eſt Pontificis illius declaratio explicans, quicquid in hoc ultra neceſſitatis limites prorogetur, ipſo iure nullum eſſe, quia contra ius diuinum illud committi conuincitur; ut iam probauimus. Vnde non debet, neque poteſt ordinarius ſex ſtatutis menſibus præteritis commendatam eccleſiam ſub quouis alio falſo prætextu eidem, uel alteri commendatario iterum commendare; ſed ipſius eccleſiæ curam legitimo ſuo paſtori applicuiſſe eum oportet; quia præmiſſæ conſtitutionis mens, imò ipſum diuinum præceptum, cui conſtitutio illa innititur, expreſsè contradicit; cum tali modo legi fraus fieret, & perpetuò fieri poſſet. Et hinc euenit quoque, quòd circa electiones Prælatorum faciendas, uel exequendas tam diligenter, tamque exactè præfixa temporum ſpatia aſſignantur, in quibus electi electionum cõfirmationem, proſecutionem, ſeu executionem requirere, & expedire teneantur: ne eccleſiis conferendis fraus, & dilatio fieret. Vnde idem Gregorius in eodem generali Concilio ait. Quàm ſit eccleſiis ipſarum diſpendioſa uacatio, quàm periculoſa etiam eſſe ſoleat animabus, non ſolum iura teſtantur, ſed etiam magiſtra rerum efficax experientia manifeſtat. Cupientes itaque competentibus remediis uacationum diuturnitatibus obuiare; hoc perpetuo decreto ſtatuimus. Et reliqua. Et Nicolaus tertius in ſua decretali ſimiliter ait. Cupientes eccleſiarum uacationibus periculoſis occurrere, ac malignãtium ſubterfugiis obuiare, & cætera quæ ſequuntur. Vbi Gregorii uerbis confirmatis, arctius adhuc & diligentius debitum in hu

Arg. c. quanto. de diuor.

De ele. c. quam ſit. lib. 6.

c. cupientes eo. tit. & lib.

iuſmodi

iuſmodi electionibus tempus præſcribitur. Quò ad commendas autem eccleſiarum, quibus animarum cura annexa non ſit, hic ſcribere non decreuimus; quia ad paſtorale munus, ad quod ſermonis noſtri intentio dirigitur, illæ non attinent: ut ſunt Prioratus, ſiue Abbatiæ, & aliæ ſimiles prælaturæ; quæ ſi eiuſmodi generis ſint, ut monachos redditibus pares nõ inueniant, ad indigentium ſubuentionem (ſi habeant ſuperflua) conferri ſolent. Quo quidem caſu beneficiati, ſiue commendatarii tales eccleſias in ſolito eorum ſtatu conſeruare tenentur, & de ſuperuacaneis earum redditibus ſibi ad neceſſitatem, aut decentiam quæ religioſis perſonis cõgruat, prouidere poſſunt. Hic autem inconuenientia multa prætereo, quæ iſtinc oriuntur. Taceo enim de multis, qui huiuſmodi commendis, ſiue beneficiis circumuallati in rei ueritate non indigent, prout talium ſubuentionum natura requirit, quæ egentibus ad neneſſitatem ſolummodo ſiue ad decentiam dantur (ut dictum eſt) ſed ad ſuam laſciuiam, ad pompam, & ad mũdanum ſibiq́ue indecentem faſtũ ſeruandum, bonis illis abutuntur, & ſanguinem pauperum ſibi cum Dei contemptu, proximi damno, & ſui ingratitudine, atque lethali periculo uſurpare non uerentur; quaſi ad perpetuam eorum damnationem (ut diximus) propria peccata illis non ſufficiant, niſi etiam aliena comedant. De iis etiam loqui prætermitto, qui in talibus commendatis eccleſiis diuinum cultum notabiliter extenuant, & cum interiori, tum exteriori habitu, aſpectu, & conuerſatione tam in ſe, quàm in aliis omnem ſanctimoniæ ac religioſitatis decorem, & ordinem euertunt, deturpant, blaſphemant, & deſtruunt; atque, ut

Commendæ ſine cura.

De præben. c. de monachis. ubi Pan.

chriſtianæ religionis horribilia Monſtra tam clericali ordini, quam uniuerſali eccleſiæ Chriſti ſponſæ ludibrio fiunt: quique in talibus eccleſiis, auaritia ducti, debitum monachorum uel clericorum numerum reſtringunt, conſuetamque tum diuinorum officiorum ſolutionem, tum uero miſſarum celebrationem diminuũt; atque ita diuino honori iniuriam, & defunctis damnũ iniuſtè inferre non ceſſant: et qui inſuper eccleſiarum illarum reformationibus, eadem ducti cupiditate, quãtum poſſunt, reſiſtere conantur: unde maximum populorum ſcandalum, hac occaſione nomen Domini blaſphemantium, eccleſiæ dignitatem contemnentium, & in fide & moribus tepeſcentium facilè conſequi, magiſtra experientia, comprobatur. Sed ipſius eccleſiæ ſponſum Chriſtum omnibus his breui conſulturum ſperamus.

De præben. c. de monachis. Vbi Panor.

Cardinalatus, & Epiſcopatus diuerſitas.

At ſi, quò ad Cardinalatus ſtatum, dicatur, quòd Cardinales myſticum Apoſtolorum gradum repræſentent, ut & Epiſcopi faciunt: uerum eſſe fateor eos apoſtolicũ illum ſtatũ deſignare, qui erat, dum Apoſtoli cum Chriſto degebant, & ab eius latere non diſcedebant, & tam Petrus, quàm cæteri cum eo permanebant; quibus Seruator ipſe dicebat. Vos eſtis, qui permanſiſtis mecum in tentationibus meis, & ego diſpono uobis ſicut dſpoſuit mihi Pater meus regnum: ſed ſecundum talem ſtatum commenda, uel cura aliqua paſtoralis ad Cardinales nõ pertinet; quia imò hoc ſolo reſpectu, neque ſacerdotium ipſum in eorum gradu comprehenditur: nam cum Apoſtoli Cardinales eſſent in uita Chriſti ei aſſiſtentes, tunc non ut Epiſcopi, ſed potius ut diaconi Cardinales illi aſſidebant, qui nondum Epiſcopi, uel Paſtores ordinati fuerant; imò ne-

Lu. 22.

que

que ſacerdotes adhuc erant inſtituti; quia tantummodo in ultima cæna ſacerdotii munus iniũctum illis fuiſſe conſtat, quibus tunc conficiendi corpus Chriſti uerum poteſtas collata eſt; ſicut poſt ipſius Chriſti reſurrectionem, ſuper corpus eiuſdem myſticum, tam Petro ut capiti, quàm cæteris Apoſtolis ut coadiutoribus Epiſcopis ab ipſo Chriſto poteſtas, & iuriſdictio exhibita fuit. Quapropter non ſimul & ſemel utrunque munus cardinalatus, ſcilicet, & epiſcopatus ſiue paſtoratus exercuere; quoniam Chriſto aſſiſtere, & homines ad fidem cõuertere, eccleſiamque coadunare, augere, paſcere & regere impoſſibile illis fuiſſet. Propter quod Dominus eiſdẽ dicebat. Expedit uobis, ut ego uadã, hoc eſt, omni eccleſiæ perutile erit, ut me diſcedente, & ſpiritũ ſanctũ ſuper uos mittẽte, paſtorale officium perficiatis, & fructum afferatis. Qua de re manifeſtum eſt, quòd ſi ad cardinalatus dignitatem euecti utrunque uidelicet cardinalatus, & epiſcopatus officium per ſemet explere non poſſint, non eis liceat epiſcopale, ſiue paſtorale onus ſub quouis nomine uel titulo retinere, uel acceptare; cum ſcilicet propriæ diœceſis curam exercere, & in propria eccleſia reſidere non ualeant: quia aſſeſſor Papæ, & Paſtor ſuæ eccleſiæ (niſi forte in aliquibus conuicinis Romæ diœceſibus) quis eſſe non poteſt. Neque enim his quæ diximus obſtat, quod Apoſtolus Paulus Titum, quem in Epiſcopum Cretæ præfecerat, ad ſe quandoque accerſiuerit, & quandoque ad Dalmatas miſerit: et quod Timotheum, qui Epheſi Epiſcopus erat, aliquando ſecum detinuerit, & ad Philippenſes quoque mittere deſtinauerit: quoniam id per Apoſtolum Paulum ualde diſcretè actum fuit; hoc eſt, cum per

Ioan. 20. & 21.

Ioan. 16.

Ad oppo.

Ti. 3.

2. Tim. 4.

Philip. 2.

perquàm rationabili cauſa; & ad tempus, non diuturnum nimis, aut perpetuum, ut hic; & cum etiam neceſſitatis lex urgeret: qua quidem lege tum aliis eccleſiis in arduis negotiis per ſolam talium idoneam præſentiam, & fidelitatem prouidere oportebat; tum etiam propriis eorum eccleſiis (quarum illi erant Prælati) æquè idonei procurari non poterant: et præcipuè in naſcenti illa, & paruula eccleſia, in qua propter miniſtrorum penuriam (ut iam præmiſimus) ſæpius ſimplicibus ſacerdotibus munia multa epiſcopalia committebantur; qui etiam Epiſcopi quandoque, ſiue chorepiſcopi appellabantur. Hic uero de indiſcreta, longa, ſiue etiam continua paſtoris abſentia à ſua diœceſi agitur. Neque inſuper illa nunc urget miniſtrorum neceſſitas, quòd deſolatis eccleſiis de aliis idoneis prælatis noua prouiſio breui curriculo fieri non poſſit, ſicut tunc temporis erat. Præterea nõ etiam illud nobis obſtat, quod aliqui iuris profeſſores adducere ſolent dicẽtes, quòd qui per alium facit, per ſeipſum facere uideatur; neque alia regula dicens, quòd poteſt quis per alium quod poteſt facere per ſeipſum; unde Prælatus ita per alium, ſicut per ſeipſum ſuæ diœceſis, uel parochiæ curam agere ualeat: quoniam regulæ illæ plures patiuntur exceptiones, quæ tã per gloſſatores, quàm per alios doctores, & pæſertim per Dynum ſuper ipſas in titulo de regulis iuris ſcribentes annotantur. Et præcipue locum non habent regulæ illæ, ubi perſonale eſt mandatum, ſiue ubi certum miniſterium committitur, quod propria mandatarii perſona impleri debet. Similiter & in delegato iudice fallunt, qui, niſi ſuper hoc expreſſum habeat mandatum, alium iudicem in ſuſcepta cauſa

Ad oppo.

ſubdelegare

ſub delegare non poteſt; ut in titulo de officio iudicis delegati, libro ſexto, ſæpius repetitur. Et hoc idem ius in abolitionibus fallit, de quibus à Præſide cognitio alteri demandari non poteſt; ut in decretis notatur. Et idem quoque in beneficiorum reſignatione, ſiue collatione euenit. Cuius rei exemplum præbet Bonifacius octauus in titulo de officio legati, eodem libro ſexto; ubi legatus reſignationem beneficii per ſeſe recipere, & collationem eius facere poteſt; huiuſmodi autem actionem alteri committere non poteſt: quoniam (ait gloſſa) per hunc modū facilius ad uacaturas fraus fieret, quàm per legatum ipſum. Et doctrina iſtà præciſè in caſu noſtro locum habet, ubi de Prælatorum miniſterio, & reſidentia agitur; ut ex Lateranenſi Concilio, in titulo de clericis non reſidentibus, tertio decretalium libro habetur; quo in loco ita ſcriptum eſt. Quia nonnulli modum auaritiæ non poſtponentes, dignitates diuerſas eccleſiaſticas, & plures eccleſias parochiales, contra ſacrorum Canonum inſtituta, nituntur accipere, ut cū unum officium uix implere ſufficiant, ſtipendia ſibi mendicent plurimorum: ne id de cætero fiat, diſtrictius inhibemus. Cum igitur eccleſia, uel eccleſiaſticum miniſterium committi debuerit, talis ad hoc perſona quæratur, quæ reſidere in loco, & curam eius per ſeipſam ualeat exercere: aliter qui prælaturam receperit, quod contra ius accepit, amittere; & qui dederit, largiendi poteſtate priuari debet; & aliis pœnis adhuc puniri: ut ibidem, & in allegatis per gloſſam apparet. Et propterea cum hic à Chriſto perſonale mandatum de eccleſiæ regimine Prælatis, ut ueris, & legitimis paſtoribus, exhibitum ſit, & cauſa

De offi. iu. de. per totum. lib. 6. & præcipue in c. is cui. § ſed ſi. & c. ultimo. Et ff. de ſolu. l. inter artifices.

2. q. 3. ſi quem. §. abolitio.

De offi. legati. c. pe. §. decernētes. ubi glo. & de conceſſ. præb. c. conſtitutus. lib. 6.

Concil. Latera. De cle. non reſi. quia nōnulli.

De præb. c. de multa. & de ele. c. cum in cūctis.

animarum urgentiſſima, & maximè æſtimanda illis ſit ſpecialiter credita, & cum eximia inſtantia commendata; ideo ipſi quod ſpecialiter, & perſonaliter ex Chriſti mandato ſuſceperunt, per alios facere, & delegatũ ſibi animarum iudicium, & regimen alteri ſubdelegare non debent; cum de hoc Chriſtus in ſua commiſſione nunquàm mentionem fecerit; imò contra mercenarios, & alienos omnes, quorum non ſunt oues propriæ, & ad quos de ouibus non pertinet, acribus ſermonibus inſiſtit, eoſque deſpicit, & tanquam ouium ſuarum deſertores, & peſſimos cuſtodes reiicit. Et hac de cauſa cum Petro principaliter hoc negotium Dominus ipſe committeret, ter de ſua erga ſe dilectione teſtimonium ab eo requiſiuit, ut denotaret, ſe non mercenarios & negligentes animarum deſertores, ſed paſtores, & feruentes animarum zelatores, qui forma facti gregis ex animo eccleſiam ſuam paſcerent, & gubernarent, ad munus hoc paſtorale uoluiſſe, & elegiſſe. Quapropter regulæ illæ præmiſſæ locum habebunt in eo, qui proprio, & non ſibi delegato iure utitur; uel qui de alio ſubdelegando ſpeciale, & expreſſum ab eo, qui poteſt, mandatum habet: quoniam alieni mãdati limites quenquam transgredi non debere, in iure compertiſſimum eſt: atque inſuper ius illud locum habere poterit, ubi commiſſum ſibi negotiũ tanti ponderis non eſt, ut quis æquè per alium, ſicut per ſeipſum exequi non ualeat; & ubi ſpecialis commiſſarii induſtria non requiritur. Hic autem, ubi eſt delegatum ius à ſummo Pontifice Chriſto; ubi ſpeciale ſubdelegandi mandatum non eſt; ubi præterea animarum urgentiſſimum & periculoſiſſimum agitur negotium; & ubi denique peculiaris Præ-

Ioan. 10.
Ioan. 21.
Ad oppo. Solutio.
De offi. iu. dele. c. is cui. §. ſed ſi. lib. 6.

lati induſtria requiritur, nullo modo ius illud locum habebit: nam Paſtorem quemlibet non æquè per mercenarium, ſicut per ſeipſum gregem ſuum paſcere, & regere poſſe, liquidò apparet; ut iam probauimus, & Saluator ipſe teſtatur, & ipſa quoque experientia quotidie edocemur. Qua de re hic tandem concludimus, quòd ſicut Pontifex ipſe (ut legitimus Paſtor) uniuerſam eccleſiam per ſeſe regere, atque illi ſuperintendere diuino iure tenetur; ita Epiſcopi, & cæteri omnes animarum paſtores creditum ſibi gregem per ſemet regere, & paſcere obligantur; quia tam illi, ut miniſteriorum Dei diſpenſatores, in partem ſolicitudinis, quàm ipſe Pontifex, ut uniuerſalis eccleſiæ caput, in plenitudinem poteſtatis à Chriſto Paſtores uocati, ordinati,& ſua ipſius authoritate inſtituti ſunt. Nam etſi Papa totius militantis eccleſiæ Rector,& Chriſti Vicarius in terris ſit; attamen (ut iam dictum eſt)cum fieri non poſſet, ut ipſemet uniuerſi debitam curam gereret, & cum ualde indecens ſit Chriſti eccleſias à mercenariis, & non à Paſtoribus gubernari (ut Dominus ipſe teſtatus eſt)idcirco, ne is per alios mercenarios eccleſiam gubernaret, Seruator ipſe neceſſarios ei coadiutores qui perſonali obligatione paſtoralem curam gererent per ſeipſum procurando adiunxit, & apoſtolico, ſiue Epiſcopali ordine eos decorauit. At uerò quia ipſe Pontifex omnium tum eccleſiarum,tum Epiſcoporum,atque uniuerſi Chriſti gregis caput eſt; propterea ſuperior illius poteſtas ſeu iuriſdictio,quæ etiam de iure diuino, mediatè tamen, ab eo procedit, ſecundum rationabile ſuum arbitrium in hoc agit, ut ſubditorum materiam applicet, Prælatoſque eccleſiis eligat, atque præficiat; uel è *Cōcluſio.*

conuerſo agit, ut ſubditam materiam ſubtrahat, atque ordinis, uel iuriſdictionis miniſterium per excommunicationem, uel depoſitionem de iure ſuſpendat; aut eorum quæ tantum iuriſdictionis ſunt (ut iam diximus) etiam de facto executionem omnino impediat, & nullam reddat; & inde alium in depoſiti Prælati locum ſubſtituat; & omnia, quæ corrigenda ſunt, corrigat, iudicet, & puniat. Vbi uero Epiſcopus, uel Paſtor quiſque alicui gregi per Pontificem ipſum applicatus eſt; tunc Prælatus ille, quia paſtorale munus, curamque animarum à Chriſto inſtitutam ſuſcepit; ideo diuino iure gregem ſibi creditum per ſeſe regere, paſcere, & cuſtodire tenetur. Et quoniam hoc paſcendi, & cuſtodiendi Chriſti gregem regimen, miniſteriumque per ſemet à paſtoribus, ſine perſonali eorum reſidentia, fieri non poteſt; nec Paſtor ille eſt, qui per ſe non paſcit, cum miniſterii, non imperii nomen hoc ſit: propterea ſicut paſtoralis cura, ita & perſonalis reſidentia de iure diuino eſſe probatur.

Parœneſis, cum totius operis peroratione.

SECTIO DECIMA.

HINC igitur (ut propoſiti ſermonis ſcopum attingamus) omnes Epiſcopi, ac cæteri eccleſiæ Chriſti Prælati obnixè diligenterque conſiderare, & corde ſemper tenere debent, quale ſit eorum munus, qualiſque uocatio, & dignitas: contemplari (inquam) debent, quòd uicarii Chriſti, & Apoſtolorum ſucceſſo-

ſucceſſores ſunt; quòd cuſtodes, ſpeculatores, procura tores, & defenſores chriſtianæ reipublicæ dicuntur; quòd nauis eccleſiæ gubernatores, quòdque arietes gregis, hoc eſt, chriſtiani populi duces appellantur quippequi duobus cornibus, id eſt, utriuſque teſtamẽti authoritate contra hæreticos præualere debent: pro pter quod myſticè cornua hæc in fronte Moſis prophe tæ, & ſacerdotis magni apparuere; & non ſine myſterio modo, ſicut olim, ea in põtificalibus, ſiue Epiſcopalibus mitris formãtur; quæ etiã utranque Prælatorũ poteſta tem tã ordinis, quã iuriſdictionis, & tã coactiuæ, quàm nõ coactiuæ actionis deſignant. Atque inſuper Prælati ipſi attendere debent, à Deo in ueteri lege (ut aliàs me minimus) præceptũ fuiſſe, ut in ſacerdotali tunica hyacinthina mala punica, & aurea tintinnabula eſsẽt: quoniã tanta eſſe debet Epiſcopi authoritas, & exemplaris uita, ut actus omnes, omneſque motus, & greſſus illius uoces, & prædicationes ſint, ignitæq; charitatis fructus præ ſe ferãt; ita ut is ueritatem quã cæleſti, puraque mente cõcipit, habitu, & moribus reſonet; & quicquid loquitur, quicquid agit doctrina ſit. Atque ideo, iuxta Dei præceptũ, ſine tintinnabulis, abſque diuerſis coloribus, gemmis, floribuſque uirtutũ, templũ ingredi Pontificibus nõ licebit. Præterea Prælatũ decet recto mentis ocu lo cõſiderare, quod Epiſcopatus operis, & non honoris præciſum nomen ſit; ita quòd Epiſcopum ſuperintendere, uigilare, & diligentem eſſe ſuper curam ſibi creditam, & magis prodeſſe, quàm præeſſe curare oporteat. Vnde Apoſtolus dicebat. Qui epiſcopatum deſiderat, bonum opus deſiderat. Vbi rectè epiſcopatus munus per boni operis expreſſionem definitur. Quapropter

33. q. 5. mulier. Diſt. 68. quorum uices. 12. q. 2. nõ liceat. Eze. 3. 12. q. 1. c. ultimo. 16. q. 1. in canonibus. 7. q. 1. ſciſcitaris. Exo. 34. Exo. 28. *Altera expoſitio hic traditur, à præmiſſa diuerſa.* Leui. 8. ubi glo. 8. q. 1. licet. Augu. de ci. Dei. li. 19. 8. q. 1. qui epiſcopatum.

marum Prælato oriri uidetur;tum,ſcilicet,ad uigilandum ſuper ſuum gregem, ut bonus paſtor: tum etiã ad eum curandum ut medicus,& ad cognoſcendum, diligenterque intuendum inclinationes, conſuetudines, peccata,& peccatorum occaſiones, quibus ſui laborãt ſubditi; atque inſuper ad horum remedia opportuna,& modum, quo ad ſubditorum ipſorum ſalutem ea melius applicari poſſint,ſtudioſè exquirẽdum: de qua quidem re diuus Gregorius in ſuo paſtorali mirabiles habet conſiderationes,ſecundum quas profectò ſpiritualis medici munus à paſtorali authoritate in animarum Prælatis quibuſlibet minimè ſeiungitur; quia paſtor,iuxta Domini mandatum,non minus fouere,circũ ligare,& curare, quã deducere,& regere oues tenetur; & Samaritanus ille nedum uulneratum hominem in ſtabulum reduxit,ſed & uinum, & oleum eius uulneribus infudit, & ea ligauit; & cum eadem curæ obligatione ſtabulario illum commiſit; & ſui exemplo alios ad ſimiliter faciendum prouocauit.Tum præterea obligatio in Epiſcopo naſcitur ad populum ſuum inſtruendum,corrigendum,& ſuſtentandum, ut pius pater: nã ſicut parentes naturales dant filiis ſuis quòd uiuant,ita Prælatorum munus eſt, ſpiritualiumque maximè præceptorum,dare ſuis,ut hic ita benè uiuant,quòd in futurum fœliciter uiuant. Vnde in hoc ſenſu Apoſtolus ad Corinthios loquebatur, dũ aiebat. Si decem milia pœdagogorum habeatis in Chriſto,ſed nõ multos patres; nam in Chriſto Ieſu per euangelium ego uos genui. Et ad Theſſalonicenſes dicit. Facti ſumus paruuli in medio ueſtrum, tanquàm ſi nutrix foueat filios ſuos, ita deſiderantes uos cupidè,uolebamus tradere uobis nõ

Grego. Eze. 34. Lu. 10. 1.Cor. 4. 1.Theſ. 2.

ſolum euangelium Dei, ſed & animas noſtras. Et paulo poſt, paſcendi Chriſti gregem formam cæteris relinquens paſtoribus, ait illis. Vos teſtes eſtis & Deus, quã ſanctè & iuſtè ſine querela uobis, qui crediſtis, adfuimus, ſicut ſcitis, unumquenque ueſtrum, ſicut pater filios ſuos deprecantes uos, & conſolantes. Et in aliis quoque locis idem exprimit. Sic & Seruator ipſe faciebat. Atque Ioannes etiam in ſuis epiſtolis ſubditos ſuos ſæpius filios, & filiolos nominabat, ſimiliũ ipſius Chriſti uerborum, quæ ex nimia ſua erga nos dilectione in ſermone illo ante paſſionem ſuam habito protulit, nequaquàm oblitus. Itidem Petrus quoque eiſdem charitatis uerbis in ſuis ſcriptis loquebatur; qui & in ordinatione Clementis ſucceſſoris ſui obedientiam commendans, dixit. Qui contriſtauerit doctorem ueritatis, patrem omnium exacerbat Deum. Atque tandem ex præmiſſis obligatio in Prælato animarum rectore denotatur, quæ ſit ad fouendum, diligendum, & cuſtodiẽdum eccleſiam ſuam, ut ſponſus uxorem ſuam, atque illi non per alium, ſed per ſeipſum adhærendũ. Propter quod benè dicebat Paulus Apoſtolus matrimonium magnum eſſe ſacramentum in Chriſto, & in eccleſia; quod ſpirituale matrimonium denotat: unde ſicut uiri uxores ſuas diligere debent, ut Chriſtus eccleſiam dilexit, qui ſeſe pro ea tradidit, quique eam nutrit, fouet, & cuſtodit, ut proprium corpus; ita Prælati omnes, qui eccleſiæ ſponſi, Chriſti coadiutores, animarumque rectores fiunt, circa ſubditæ ſibi eccleſiæ curam ſe gerere, ipſiuſque dilectione maximè affici debent. Atque propterea idem Apoſtolus Aſianis illis congregatis Epiſcopis cum tanta inſtantia eccleſias ſuas commendabat.

Gala. 4.
1. Ioan. 2. 3. 4. 5.
Ioan. 13.
1. Pe. 1.
Clemens in epiſtola. 1.
Ephe. 5.
Act. 20.

dabat. Qua de re ex his compertiſſimè patet, in quanto animæ ſuæ uerſetur periculo Prælatus ille, qui à ſuis caulis auulſus falſis quibuſdam prætextibus, quos ſibi caro, & ſanguis perſuaſit, per longam temporis moram ab eccleſia ſua, quam quidem excolendam à Domino ſuſcepit, abeſſe non ueretur: non attendens, quòd in Deuteronomio ſcriptum eſt. Qui dixit patri ſuo, & matri ſuæ, neſcio uos; & fratribus ſuis ignoro illos; & neſcierunt filios ſuos, hi cuſtodierunt eloquium tuũ, & pactum tuum ſeruauerunt: quod & in euangelio confirmatur: & non conſiderans inſuper, alibi dictum eſſe, quòd relinquet homo patrem, & matrem ſuam, & adhærebit uxori ſuæ; & quos Deus coniunxit, homo non ſeparet. Quod ſi ex diuina inſtitutione in corporalibus locum habere debet, quantò magis in ſpiritualibus, quæ ab eis figurantur, effectum habebunt (ut Apoſtolus in præmiſſo loco annuit) & eò magis, quò in his porrò perfectiſſima charitatis unio requiritur, & maior perfectio debetur? Propter quod, ſecundum iura, Epiſcopus ſine intermiſſione eccleſiam ſuam docere, cuſtodire, prudenterque regere, & amare tenetur: neque diutius gregi fideliũ paſtoralis cuſtodia deeſſe oportet, ne, langueſcente Paſtore, grex inſidiatoris dentibus laniandus exponatur, uel ipſius eccleſiæ utilitates depereant. Sed quia multi hodie mercenarii ſunt, non animarum lucra, nec quæ Ieſu Chriſti, ſed quæ ſua ſunt præcipuè quærentes; ideo ab eccleſiis fugiunt, & non eſt eis cura de ouibus, nec curant ſi eæ à dæmonibus lacerentur, aut ſi uaria, & notoria crimina uſurarum, fornicationum, inimicitiarum, hæreſum, & huiuſmodi alia multa committant: at uero de lana, lacte,

23. q. 8. quo au- ſu. Diſt. 88. c. 1. c. Epiſcopus. & c. perlatũ. & ne cle. uel mo. per to. Deut. 33. Matt. 10. Lu. 14. Gene. 2. Matt. 19. Mar. 10. 1. q. 1. Principatus. & c. nullus itáque. Diſt. 41. miramur. 8. q. 1. qui Epiſcopatum. 7. q. 1. ſicut uir. & c. qualiter. c. peruenit. & c. placuit. & de cle. non reſi. c. qualiter. & 8. q. 1. ſunt in eccleſia. & 23. q. 4. c. tres perſonas. Phili. 2. De ele. ne pro defectu.

c. aduerſi tas. 7. q. 1. §. hoc etiam tūc. Augu.

& carnibus ſolicita ſibi cura manet, ac propterea paſtoris nomine indigni ſunt. Vnde Auguſtinus in libro de Paſtoribus ſic ait. Quiſquis ita præpoſitus eſt, ut in eo, quo præpoſitus ſit gaudeat, & honorem ſuum quærat, & commoda ſua ſola reſpiciat, ſe paſcit, & non oues. Non es ergo tui iuris o Epiſcope: debitor es Deo, qui te præfecit, debitor es tuæ eccleſiæ, quæ te alit, & cui te ſpopondiſti, neque eſt eccleſia tua propter te, ſed tu propter eccleſiam. Caueant, caueant (inquam) complures Epiſcopi, paſtoresque cæteri, qui ſe ſecuros eſſe putant, gregem ſuum præſentia, & ſolicitudine ſua priuantes; ne ad illos timendum illud væ pertineat, quod Dominus per Ezechielem paſtoribus Iſrael prænuntiauit, dicens. Væ Paſtoribus Iſrael, qui paſcebant ſemetipſos. Nonne greges à paſtoribus paſcuntur? lac comedebatis, & lanis operiebamini, & quod craſſum erat, occidebatis, gregem autem meum non paſcebatis: quod infirmum fuit non conſolidaſtis, & quod ægrotum non ſanaſtis, quod confractum eſt non alligaſtis, & quod abiectum eſt non reduxiſtis, & quod perierat non quæſiuiſtis; ſed cum auſteritate imperabatis eis, & cum potentia. Et diſperſæ ſunt oues meæ, eo quòd non eſt paſtor, & factæ ſunt in deuorationem omnium beſtiarum agri; & diſperſæ ſunt: errauerunt greges mei in cunctis montibus, & in uniuerſo colle excelſo, & ſuper omnem faciem terræ diſperſi ſunt greges mei, & non erat qui requireret, non erat (inquam) qui requireret. Et inde in ſequentibus uerbis ait. Non ne ſatis uobis erat, paſcua bona depaſci? inſuper & reliquias paſcuarum ueſtrarum conculcaſtis pedibus ueſtris; & cum puriſſimam aquam biberetis, reliquam pedibus ueſtris turbaſtis; & oues

Eze. 34.

Idem.

oues meæ iis, quæ conculcata pedibus ueſtris fuerant, paſcebantur, & quæ pedes ueſtri turbauerant, hæc bibebant. Vbi quidem eos Dominus, tum ut paſtores, tum ut medicos populi ſui arguit, dum non ſolum paſtoris uigilantiam, ſed & medici peritiam, & requiſitam curam ab eis ſuo gregi adhibitam non fuiſſe lamentatur. Vnde etiam per Iſaiam dicit, quòd uulnus, & liuor, & plaga tumens non fuerat circumligata, nec curata medicamine, neque fota oleo. Quòd autem Epiſcopi, cæterique eccleſiarum rectores, tum aſſidui, tum ſoliciti, atque aſſiſtentes in ſuis curis eſſe debeant, adhuc manifeſtius Apoſtolus docebat, cum meritò illum ab Epiſcopatus dignitate, atque ab eccleſiæ præſidentia repelleret, qui domui ſuæ benè præeſſe neſciebat; & nõ ex alia quidem præciſa ratione, niſi quia propriè ad animarũ præſidentiam Epiſcopus aſſumitur. Sed præterea etiam Ieremias propheta ſimilem eccleſiæ quærelam ſub alia metaphora in threnis ſuis referebat, dum Prælatos ipſos tum Patres, tum ſponſos appellans, de eorum dereſictione uice populi Dei dolet; & deſertos filios à ſuis patribus, derelictasque ſponſas à ſuis uiris lamentabiliter deplorat, dum ait. Hæreditas noſtra uerſa eſt ad alienos, domus noſtræ ad extraneos; pupilli facti ſumus abſque patre, matres noſtræ quaſi uiduæ, aquam noſtram pecunia bibimus, ligna noſtra pretio comparauimus. Quaſi diceret. Hæreditas tam ſpiritualis, quàm temporalis chriſtianæ eccleſiæ, uerſa eſt ad alienos, hoc eſt, ad eos, qui ſeſe non ut paſtores gregem ſibi commiſſum diligentes, atque regentes; ſed ut mercenarios, & alienos præſeferunt: de quibus Dominus in euangelio dicit, quòd non eſt eis cura de ouibus, quia

Iſa. 1.

1. Tim. 3.

Thre. 5.

Ioan. 10.

alieni, & mercenarii ſunt. Et domus noſtræ (inquit propheta) hoc eſt, particulares eccleſiæ, & diœceſes ad extraneos traditæ ſunt; cum ipſi uocati paſtores non per ſeipſos, ſed per alios ſibi conſtitutos mercenarios eccleſias ſuas regant. Quos quidem mercenarios quantum Seruator noſter abhorreret, idem in commendanda Petro ſuarum ouium cura liquidò oſtendit: ubi ſolùm amoris experimentum, & teſtimonium ab ipſo Petro requiſiuit, & mercedem, & ſpem omnem præmii reticuit: atque ideo quantopere mercenarios quoſque excluderet, & quantum temporalis lucri conditio, ut odioſa, & turpis, ab hoc munere repelleretur, ibi manifeſtè apparuit; cum Dominus ipſe non ſolum temporalis, uerum etiam ſpiritualis cœleſtiſque mercedis conſiderationem omnem in huiuſmodi negotio penitus abdicari uoluerit, dum

Ioan. 21. ipſi Apoſtolorum Principi & uniuerſali eccleſiæ Paſtori ſolum ſui amorem, uelut motiuam ſui paſtoralis regiminis cauſam, eodem bis, terque repetito uerbo, allegauit; ut, ſcilicet, is ſolus à Prælatis in intentione, in uerbo, & in opere ad talia munia

Vbi ſupra. peragenda ſemper haberetur. Quod tamen, cum aliter hodie eueniat; propterea Ieremias in ſequentibus uerbis ait. Pupilli facti ſumus abſque patre: quia, ſcilicet, Epiſcopi pauperum patres in curis ſuis non permanent, ſed (ut dictum eſt) falſo prætextu, peregrè proficiſcuntur, & longè diſtant à plebe ſua; unde ſubditos ipſos nunquàm uiſitant, nec ſpiritualiter, nec temporaliter paſcunt: & ideo per conſequens, matres noſtræ quaſi uiduæ ſunt; quia deſtitutæ ac deſolatæ à ſponſis ſuis Epiſcopis eccle-

ſiæ

ſiæ remanent. Et hinc eſt, quòd aquam noſtram ſpiritualis gratiæ, & ſalutaris doctrinæ (quam noſtrā fecit is, qui ſemetipſum pro ſalute noſtra tradens ſecum omnia ſua nobis donauit) pecunia bibimus; & ligna noſtra, quibus animas noſtras fouemus, ſuſtentamus, nutrimus, & calefacimus; hoc eſt, ſacramentorū & cæleſtium chariſmatum fomenta, & ſuffragia nobis à Chriſto gratis exhibitorum, pretio comparauimus: quia, ſcilicet, multi ex his mercenariis & alienis, qui tenui mercede à Paſtoribus conducti, & curatis eccleſiis appoſiti ſunt, uel ſupina ignorantia decepti, uel cupiditate attracti, uel etiam uictus egeſtate impulſi res ſacras & ſpiritualia dona ſubditis uendunt, & circa huiuſmodi bona mercantur; atque ita domus eccleſiæ negotiationis officinas facientes, tum ſimonias, tum ſacrilegia, tū uero ſuperſtitiones, & innumera alia mala, hac de cauſa committunt; ac inſuper quia ſuo tantum & non eccleſiæ commodo, & decori intendunt in eorū parochiis; eccleſiarum utenſilia, & ſacrificii miniſterio neceſſaria, uelut Euchariſtiæ tabernacula, calices, pallæ, corporalia, & linteamina alia ſacris faciendis opportuna tanta undique ſpurcitia, maculis, & fætore tabeſcūt, ut turpe ſit dicere: ita quòd ſi per diœceſes & parochias tales diſcurras, nullum huiuſmodi curatum reperies, qui non magis coquinæ, quàm eccleſiæ nitorem procuret; & non magis in ſui, quàm in Chriſti corporis miniſterio munditiam præſeferat. Quàm uero abſurdum ſit in ſacris ſordes negligere, quæ etiam in profanis dedeceret, neminē latet; & Canones ipſi teſtantur. Et hi nihilominus à dominis ſuis conductoribus non corriguntur, quoniam ipſi de egeſtate, & mercedis modicitate

15.q. ſi.c. fina. 1.q.1.cum ordinaretur. & q. 3.Saluator. & c. non ſolū. & c. ex multis.

Inno.III. in generali Concilio. & in Decretalium titulo de cuſto. eucha. c. ſi.

cauſan

Pſal. 140. cauſantur, excuſationes ſuas in peccatis excuſantes.
Diſt. 93. Sicque utrique tacent, utrique negligunt, utrique ec-
diaconi. cleſias, & gregem Chriſti defraudant, diſperdunt, lace
9.q.3.§. rant, ſcandalizant, & ad æternam damnationem ſecum
de his. cũ ſeq. trahunt. Et propterea uerè pupilli, atque orphani tales
parochiani dicuntur, qui tum patre, tum tutore, hoc eſt
tam Prælato proprio, tanquàm patre conſolatore, & in
ſpiritualibus, & in temporalibus etiam (ubi opus eſt)
nutritore; quàm alio quouis illius uicemgerente, qui
zelum Dei habens derelictarum animarum tutelam ſu
ſcipiat, priuati reperiuntur. Et matres noſtræ, eccleſiæ,
ſcilicet, quæ nos ſpirituali lacte nutriunt, ipſis ſponſis
abſentibus, & eas negligentibus, quaſi uiduæ rema-
nent: quia dum ſponſos habent, tanquàm non haben-
tes ſunt, cum ij ſibi non adhæreāt, unde ſpirituales Deo
Inno. III. & euangelio filios generare poſſint. Propter quod In-
De renũ. niſi cum nocentius tertius Arelatenſi Epiſcopo ſcribens, ait.
pridē. §. Propter laboris anguſtias, aut perſecutionis incurſus,
uerum. non debes deſerere ſponſam tuam, cui deſigendo ma-
num apud extraneum (hoc eſt, apud creditorem qui
alius eſt à fideiuſſore) te fide media copulaſti: quoniā
1. Tim. 4. ſi laboris cauſam prætendis, exemplū te Apoſtoli ſub-
2. Tim. 2. & 4. leuabit, qui ſuadet tibi laborem huiuſmodi non refu-
1. Co. 15. gere, dum ſe aſſerit, pro communi ſalute, plus cæteris
Matt. 10. laboraſſe; quia licet etiam non ſequatur laborem effe-
Lu. 10. ctus, nihilominus tamen labor eſt apud Deum merito
1. Tim. 5. 1. Cor. 3. rius, ſicut ſcriptum eſt. Reddet Deus mercedem labo-
Sapi. 10. rum ſanctorum ſuorum, & reliqua. Vnde etiam recole
Prou. 11. Eccl. 51. re debes, quid glorioſus ille Epiſcopus Martinus dixit:
Martinus quippe qui cum uiribus corporis repente deſtitui cæ-
piſſet, Domine (inquit) ſi adhuc populo tuo ſum neceſ

ſarius

ſarius, non recuſo laborem, fiat uoluntas tua; illius pro fectò exemplum ſecutus, qui dixit; Cupio diſſolui, & eſſe cum Chriſto; manere autem in carne neceſſarium eſt propter uos. Si uero tribulationem, & perſecutionē allegas; ſcire debes, quòd beati ſunt illi, qui perſecutiō nem patiuntur propter iuſtitiam, quoniam cum probati fuerint, accipient coronam uitæ, quam repromiſit Deus diligentibus ſe. Qua re, ſi tali Epiſcopo non licebat, uel perſecutionis, uel laboris nimii prætextu, ſe ab eccleſia ſua ſubducere, neque epiſcopatui cedere; quo pacto à reſidentia ſe excuſabunt, qui onus non portantes, neque bonori, & utilitati cedentes, nullaque uel perſecutionis, uel importabilis laboris ſubſiſtente cauſa; ſed ſolo ambitionis, aut libertatis, aut commodi deſiderio, à propriis eccleſiis abſentes, ſiue fruſtra aſſiſtentes, à debita, & ſolicita eorum cura immunes, & alieni remanēt? Ac præterea Damaſus in epiſtola quarta, quam contra Epiſcopos ſcribit, qui propter ſuam ipſorum quietem Chorepiſcopis plebes ſuas committere non formidabant, eos in hūc modum arguit, & damnat. Primum ſcilicet quòd ii curam ſibi à Deo commiſſam negligant, cum Dominus tamen dicat. Bonus paſtor animam ſuam ponit pro ouibus ſuis. Mercenarius autem uidet Lupum uenientem, & dimittit oues, & fugit. Deinde illi (inquit) Epiſcopi, qui talia præſumunt, meretricibus ſimiles eſſe mihi uidentur, quæ ſtatim ut pariunt, infantes ſuos aliis nutricibus tradunt educandos, ut ſuam citius libidinem explere ualeant: nam ſic & iſti infantes ſuos, hoc eſt, populos ſibi commiſſos, aliis educandos tradunt, ut ſuas libidines expleant, id eſt, pro ſuo libitu ſæcularibus curis inhient, & quod unicui-

Philip. 1. Matth. 5. 2. Tim. 3. Iaco. 1.

In Decre. Damaſi I. Papæ anno Dom. CCCLXXI.

Ioan. 10.

cuique uiſum fuerit, liberius agant. Pro talibus enim animæ negliguntur, oues pereunt, morbi creſcunt, hæres es, & ſchiſmata prodeunt, eccleſiæ deſtruūtur, ſacerdotes uitiantur, & reliqua mala proueniunt. Non hæc Dominus docuit, nec Apoſtoli inſtituerūt: ſed ipſi qui curam ſuſcipiunt, ipſi peragant, & ipſi proprios mani-
Lu. 15. pulos Domino repræſentent; nam ipſe ouem perditam diligenter quæſiuit, ipſe inuenit, ipſe propriis humeris reportauit, noſque idipſum facere perdocuit. Vnde ſi ipſe pro derelictis ouibus tantam curam habuit, quid nos miſeri dicturi ſumus, qui etiam pro ouibus nobis commiſſis curam impēdere negligimus, & aliis eas educandas tradimus? Corrigantur hæc igitur, fratres, ne-
Gen. 13. ceſſe eſt; ait ſanctus Pontifex. Atque inde metaphoram Iacob inducit, qui ſi pro ouibus ſoceri ſui Laban die, noctuque gelu urgebatur, & æſtu; atque inſomnis, & diligens in tali cura tam ſolicitè perſeuerabat; quanto (inquit) labori quātiſque uigiliis, qui oues Dei paſcit, intendere debet? Et propterea attendite uobis, quicūque miniſterii huius opus, atque prouinciam arduam ſuſcepiſtis, attendite (inquam) uobis, & pretioſo depoſito, quod à Domino ueſtro regimini creditum eſt. Ciuitas enim eſt, uigilate ergo ad cuſtodiam: oues ſunt, intendite paſcuis: infirmi ſunt, atque filii Dei ſunt, eorum igitur curæ atque tutelæ diligenter ſtudete: & ſpōſa quoque eſt, ideo ornatui eius intenti eſtote. Porrò ciuitatis Dei cuſtodia triplex erit, ut ſufficiens ſit; hoc eſt à ui tyrannorum, à fraude hæreticorum, & à tentationibus dæmonum. Ad paſtus autem ouiū Chriſti paſcua ſcripturarum pertinent, ſancta, ſcilicet, Dei præcepta, diſpenſationes, & conſilia, quæ ſanis præcipuè menti-

bus

bus proponuntur,exercitatos habentibus ſenſus ad diſ- Heb.5.
cretionem boni, ac mali;atque iis,uidelicet,qui incolu-
mem,purgatumque animæ ſtomachum habentes,uirtu-
tum ſaporem, guſtumque ſapientiæ ſentiunt. Præterea Ephe. 6.
ad infirmos filios tum diligens & aſſidua cura, tum diſ- Heb.12.
creta diſciplina applicari congruit. At uero ſponſæ hu-
iuſcemodi ornatus in bonis operibus, honeſtis mori- 1. Tim.2.
bus,& frequentibus,ac feruentibus orationibus conſi- 3.
ſtit. Et ſicut ad conſeruandam,tuendamque Domini ci- Apoc.21.
uitatem tam fortitudo, quàm prudentia, atque fideli-
tas requiritur:& ad paſcendum Chriſti gregem tam do-
ctrinæ ſanitas,quàm uitæ integritas debetur, ne ſi ſolũ
modo doctus fuerit Prælatus, non autem bonus, non Matt 5.&
tam nutriat doctrina uberi,quàm uita noceat ſterili: & 23.
quemadmodum etiam malè ualentibus curæ aſſidui-
tas,& filiis exercitatio diſciplinæ conuenit, ita ſanè ad
honeſtandos mores, uitamque reformandam, atque
ad omnes ſpiritualis huius ſponſæ requiſitos ornatus
præparandos, tum ueteris hominis mortificatio, tum
exercitia uirtutum, & tam interior mentis & cordis,
quàm exterior iugis ſenſuum cuſtodia exigitur; qui-
bus quidem mediis ad cordis munditiam peruenimus, Matth.5.
per quam Deum ipſum ſpeculantes, agnoſcentes, gu-
ſtantesque, ipſius filio animarum ſponſo copulamur;
atque cum eo unus ſpiritus efficimur. Prælati igitur
quicunque pro comperto habeant, & perpetua memo- 1. Cor. 6.
ria teneant, ſe ab ipſo omnium rege,paſtore, medico,
patre, & ſponſo dilectiſſimo eſſe ſua uice in terris re-
ges,paſtores,medicos,patres,& ſponſos populi ſui ef-
fectos: quem is profectò ita dilexit, quòd non auro,
uel argento; ſed inexhauſtis laboribus, & perſecutio- 1. Pe.1.

nibus,acerrimiſque doloribus,atque proprio pretioſo ſanguine tam carè redemit,tamque efficaciter illis cõmendauit.Præterea ii obliuioni non tradant, ſe demũ
Heb. 13. pro animabus ſibi ſubditis exactiſſimam rationem red
Lu. 16. dituros,eorumque ſanguinem,qui ex ſua incuria perie
Eze. 3. 33. & 34. rint, de manu ſua à tremendo iudice requirendum, & animas ſuas pro animabus eorũ debitis ſuppliciis ſupponendas, atque præ illis acerbiſſimè cruciandas fore;
Sapi. 6. Matt. 24. cum potentes potenter tormenta paſſuri ſint. Ideoque curent omnes illi, quos conſtituit Dominus ſuper fa-
Lu. 12. miliam ſuam,dare fidelibus ſubditis cibum in tempore ſuo;ut ipſo omniũ, quæ in cælis, & quæ in terris ſunt, Domino,atque tã triumphantis,quàm militantis eccleſiæ Prælato adueniente, ſinguli ab eo audire tandem
Matt. 25. mereantur. Euge ſerue bone, & fidelis, quia in pauca fuiſti fidelis,ſupra multa te conſtituam, intra in gaudium Domini tui. Quod nobis omnibus ipſe concedat, qui cum Patre, & Spiritu ſancto uiuit, & regnat Deus ſine fine.

Hæc autem omnia & ſingula, tam quò ad ſenſus, quàm quò ad uerba, S. R. E. pedibus humiliter ſubiecta eſſe uolo.

REGISTRVM.

a b c A B C D E F G H I K L M N O
P Q R S T V X Y Z AA BB CC
DD EE FF GG HH II KK LL.

Omnes ſunt quaterniones, præter LL,
qui eſt duernus.